Καταληπτέος, occupandus, præcipiendus. Ὁρῶν δὲ τὴν ἔφοδον θάμβει τε τόλμης καὶ τάχει καιρῦ καταληπτέαν ὖσαν, *Plutarch. in Cæsare.* Καταληπτέον, occupandum est. A καταλαμβάνω.

Καταληπτικὸς, ἡ, ὸν, comprehendendi vim habens; (2) qui præoccupat. Κρυσικὸς, καταληπτικός τ' ἄριστα τῦ θορυβητικῦ, affectus movet, optime comprimens tumultuantes, *Aristoph. Equit.* 1379. Ab eod.

Καταληπτικῶς, *adv.* comprehendendo, ex certa comprehensione.

Καταληπτὸς, ἡ, ὸν, qui comprehendi potest, comprehensibilis; (2) qui obtineri potest. Πένθος θεόθεν καταληπτὸν, dolor divinitus acceptus, *Eurip. Hipp.* 1347.

Καταληρέω, ῶ, f. ήσω, *cum. acc.* nugis obruo et obtundo, nugando perdo; (2) nugas ago.

Καταλήψιμος, υ, ὁ ἢ ἡ, ad deprehensionem et condemnationem faciens et incitans. A

Κατάληψις, εως, ἡ, deprehensio; (2) comprehensio; (3) invasio, occupatio; (4) adeptio; (5) comprehensio mente, perceptio; (6) exploratio concentus chordarum pulsando; (7) in morbis is qui vocatur παροξυσμός. A καταλαμβάνω.

Καταλιθάζω, f. άσω, lapidibus obruo, lapido. Πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς, *Luc.* 20, 6.

Καταλιθοβολέω, ῶ, f. ήσω, lapidibus peto.

Κατάλιθος, υ, ὁ ἢ ἡ, lapideus, saxosus.

Καταλιθόω, ῶ, lapidibus obruo seu cooperio.

Καταλιμπάνω, relinquo, desero. Κόραν καταλιμπάνειν φαύλοις ἀνθρώποις, *Plat.*

Καταλιπαίνω, ανῶ, pinguem reddo, sagino.

Καταλιπαρέω, ῶ, fut. ήσω, impense rogo, obtestor.

Καταλιπὼν, aor. 2. part. act. verbi καταλείπω.

Καταλίσκομαι, convincor ex, *Herodot.*

Καταλιτόω, demulceo, *Ar.*

Καταλιχνεύω, abligurio.

Καταλλάγδην, *adv.* per commutationem seu permutationem; (2) mutuo, vicissim, e converso. A καταλλάττω.

Καταλλαγεὶς, a. 2. part. pass. v. καταλλάσσω.

Καταλλαγὴ, ῆς, ἡ, commutatio, permutatio; (2) reconciliatio, pacificatio. Ab eod.

Καταλλάκτης, υ, ὁ, reconciliator, pacificator.

Καταλλακτικὸς, ἡ, ὸν, placabilis, placidus. A

Καταλλάσσω, vel καταλλάττω, f. άξω, commuto, permuto; (2) reconcilio; (3) concilio; καταλλάττομαι, commuto, permuto, et *pass.* reconcilior. Κατήλλαξεν αὐτὺς πρὸς ἀλλήλυς, *Aristot.* Καταλλάττομαι χρυσίον ἐπὶ ταῖς τραπέζαις, *Dem.*

Καταλληλὰ, *adv.* pro καταλλήλως, *Polyb.*

Κατάλληλος, υ, ὁ ἢ ἡ, congruus, consentaneus, respondens. Ex κατὰ et ἀλλήλων. Hinc

Καταλληλότης, ητος, ἡ, congruentia, series congruens, cohærentia quadrans.

Καταλλήλως, *adv.* congrue, convenienter.

Καταλοάω, f. ήσω, vel άσω, trituro; (2) confringo, contundo; (3) vulnero, interficio.

Καταλογάδην, *adv.* prosa oratione.

Καταλογεὺς, έως, ὁ, qui delectum facit. A κατάλογος.

Καταλογέω, ῶ, fut. ήσω, contemno, negligo.

Καταλογὴ, ῆς, ἡ, respectus, *Ph.* (seu despectus, *Ern.*)

Καταλογίζομαι, f. ίσομαι, computo; (2) imputo; (3) adnumero, adscribo. Καταλογίζεσθαί πρός τινα τὸ εὐεργέτημα, *Dem.* τινὰ ἐν τοῖς ἀδίκοις, *Xen.* Τί ἐπ' ἀρετῇ, *Æsch.* Ἡ δὲ εὐεργεσίαν καταλογίζῃ πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὕβρει, *Lucian.* Hinc

Καταλογισμὸς, ῦ, ὁ, computatio, numeratio, recensio, imputatio.

Κατάλογος, ου, ὁ, enumeratio, recensio, proprie eorum qui stipendia merent; (2) delectus; (3) album militare; (4) ipsa stipendia quæ quis facit. Unde ὑπὲρ κατάλογον, emeriti. A καταλέγω.

Καταλοιάω. Vide καταλοάω.

Κατάλοιπος, ου, ὁ δὲ ἡ, idem quod *simplex.*

Καταλοκίζω, fut. ίσω, sulco. Κατὰ μὲν ὄνυξιν ἠλοκισμεθα, *Eurip. Suppl.* 825.

Καταλόω, perluo, subluo, *Gl. V. Apud Aristophanem* a καταλόομαι est καταλόει, pro καταλόῃ, balneis impendis, absumis, consumis, *Nub.* 836.

Καταλοφάδια, *adv.* supra cervicem, super humeros. Βῆν δὲ καταλοφάδια φέρων, *Odyss.* 22, 160. A λόφος, *humerus.*

Καταλόχισμα, ας, ἡ, turma. A κατὰ λόχους.

Καταλοχέω, (*Poll.*) idem quod

Καταλοχίζω, f. ίσω, decurio, centurio, in decurias seu centurias distribuo, in classes describo. Ab eod. Hinc

Καταλοχισμὸς, ῦ, ὁ, distributio in cohortes.

Καταλυγίζω, f. ίσω, circumago, torquendo flecto, vincio.

Καταλυκουργίζω, Lycurgi leges contra affero.

Κατάλυμα, ατος, τὸ, diversorium. A καταλύω, *diverto.*

Καταλυμαίνομαι, noceo, vasto, populor.

Καταλύμανσις, εως, ἡ, depopulatio. A præc.

Καταλύσιμος, ου, ὁ δὲ ἡ, qui dissolvi, destrui, aboleri potest.

Κατάλυσις, εως, ἡ, dissolutio, eversio, destructio; (2) finis, exitus, *unde et* mors; (3) diversorium; (4) reconciliatio. A καταλύω.

Καταλυσσάω, vel καταλυττάω, ῶ, rabie sum contra aliquem incitatus, *Suid.*

Καταλυτέον, *adv. posit.* tollendum, destruendum.

Καταλυτήριον, ου, τὸ, diversorium.

Καταλυτὴς, ῦ, ὁ, destructor, eversor.

Καταλύτης, ου, ὁ, *item* ὁ κατάλυτος, ου, hospes, divertens aliquo. A

Καταλύω, dissolvo; (2) everto, destruo, aboleo; *item*, irritum reddo; (3) finio; (4) desino; (5) diverto in hospitium, commoror; (6) sedo; (7) conficio; (8) privo, v. gr. honore, *cum gen. dicitur tamen sic absolute*; (9) *in med.* pacem facio; (2) reconcilior; (3) abdico me, sc. magistratu. Καταλύειν τὸν πόλεμον, λόγον, βίον παρά τινα, εἰς πανδοχεῖον, divertere; τινὰ τῆς ἀρχῆς. Τοὺς δόλους κατέλυσεν, *Aristoph. Pac.* 742. Φονία αἰχμὰ, *Eur. Tro.* 821.

Καταλωφάω, interquiesco, remitto; *proprie*, subduco cervicem oneri vel molestiæ. Καδδὲ ἐάων κῆρ λωφήσειε κακῶν, *Odyss.* 9, 459.

Καταμαγεύω, f. εύσω, incanto.

Καταμάθετε, *discite*, 2. pl. a. 2. imperat. act. verbi καταμανθάνω, pro καταμάθετε.

Καταμάθησις, εως, ἡ, consideratio, disciplina, eruditio, perceptio mentis.

Καταμαίνομαι, furore incitatus sum contra. *Ph.* καταμαίνεται, succenset.

Καταμάκτης, ου, ὁ, tersor, *Gl. V.* A καταμάσσω.

Καταμαλακίζω, f. ίσω, emollio, effemino.

Καταμαλάσσω, vel καταμαλάττω, f. άξω, emollio; (2) demulceo, cohibeo.

Καταμαλθακίζω, f. ίσω, idem.

Καταμαλθάσσω, vel καταμαλθάττω, idem.

Καταμανθάνω, disco, cognosco; (2) animadverto; (3) perpendo, diligenter considero. Τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, *Epict.* τι ἔκ τινος, *Isocr.*

Καταμαντεύομαι, f. εύσομαι, vaticinor, conjicio. Καταμαντεύεσθαι τὰ μέλλοντα, *Aristoph.*

Καταμαξεύω, *Ion.* pro καθαμαξεύω, curru tero, unde ὁδὸς κατημαξευμένη, via trita; κατημαξευμένον, tritum, triviale, vulgare. Ab ἅμαξα.

Καταμαραίνω, f. ανῶ, tabefacio, exarefacio.

Καταμάρπτω, f. ψω, comprehendo, corripio. Ὅτε μιν κατέμαρπτε διώκων, *Il.* 16, 598.

Καταμαρτυρέω, ῶ, fut. ήσω, testimonium dico contra aliquem; καταμαρτυροῦμαι, testimoniis convincor, testimonium dicitur contra me; καταμεμαρτύρηται, convictus est. Αὐτὸς ἑαυτοῦ καταμεμαρτύρηκε, *Dem.*

Καταμάρψαισα, a. 1. f. g. part. act. *Æol.* pro καταμάρψασα, a καταμάρπτω.

Καταμάρψας, *qui corripuit*, aor. idem, m. g.

Καταμασάομαι, et καταμασσάομαι, ῶμαι, commanduco, absumo.

Καταμάσσω, tergo, *Gl. V.*

Καταμαστεύω, f. εύσω, inquiro vel exquiro.

Καταματτεύομαι, immitto, sc. contrectandi causa, v. gr. digitum in vulnus, &c.

Καταμάττομαι, idem, *Hipp.*

Καταμάχομαι, expugno, vinco.

Καταμάω, ῶ, f. ήσω, accumulo, ut messores; καταμήσασθαι, accumulare; καταμᾶσθαι, conspergere, veluti caput pulvere aut cinere. Τὴν ῥα κυλινδόμενος κατεμήσατο χερσὶν ἑῇσι, *Il.* 24, 165.

Καταμβλόω, ῶ, fut. ώσω, hebeto, obtundo.

Καταμβλύνω, idem.

Καταμεγαλοφρονέω, magno animo contemno.

Καταμεθύω, f. ύσω, inebrio.

Καταμειδιάω, ῶ, f. άσω, derideo, ludibrio habeo.

Καταμειλίσσω, vel καταμειλίττω, f. ξω, demulceo, delinio.

Καταμεῖναι, aor. 1. inf. act. verbi καταμένω.

Καταμελετάω, ῶ, fut. ήσω, meditor, exerceo; καταμεμελετηκέναι, meditatum esse.

Καταμελέω, ῶ, f. ήσω, negligo, nullam curam gero, prorsus negligo, contemno; a. 1. pass. καταμεληθεῖσα, contempta; perf. pass. κατημελημένος, neglectus. Κατημελημένως, neglectim, contemptim. Κἂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγώ, *Soph. Aj.* 45.

Καταμελιτόω, ῶ, fut. ώσω, melle inficio, suave reddo. Οἷον κατεμελίτωσε τὴν λόχμην ὅλην, *Aristoph. Av.* 231. A μέλι.

Καταμέλλειν, cunctari, procrastinare.

Καταμεμπτος, ον, vituperandus, odiosus. Τὸ κατάμεμπτον . . . . γῆρας, *Soph. Œd. Col.* 1234. A

Καταμέμφομαι, f. ψομαι, conqueror, accuso, incuso, reprehendo. Καταμέμφεσθαι ἑαυτὸν τῆς προτέρας ζωῆς, *Xen.* Hinc

Κατάμεμψις, εως, ἡ, idem quod *simplex.*

Καταμένω, fut. ενῶ, remaneo, commoror; (2) subsideo. Οὗ ἦσαν καταμένοντες, *Act.* 1, 13.

Καταμερίζω, f. ίσω, in partes disseco; (2) distribuo, dispenso. Καταμερίζειν τὸν πλοῦτον πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν, *Basil.*

Καταμερὶς, ίδος, ἡ, fragmentum. A μέρος.

Καταμερισμὸς, ὁ, divisio, partitio, *Steph.*

Καταμέρως, *adv.* membratim, sigillatim.

Καταμετρέω, ῶ, f. ήσω, demetior, metior. Hinc

Καταμέτρησις, εως, ἡ, dimensio, mensuræ et spatii descriptio.

Καταμήκης, εος, ὁ δὲ ἡ, perlongus. A μῆκος.

Καταμηλόω, ῶ, f. ώσω, specillum immitto, specillo seu spathula agito, exploro.

Καταμήνιος, ου, ὁ δὲ ἡ, menstruus; καταμήνια, τὰ, menstrua muliebria. A μήν.

Καταμηνιώδης, εος, ὁ δὲ ἡ, menstruus.

Καταμήνυσις, εως, ἡ, indicium, proditio, delatio. A

Καταμηνύω, fut. ύσω, indico, defero, prodo, enuncio. Καταμήνυσε πρᾶξιν, *Plut.*

Καταμιαίνω, ανῶ, polluo.

Καταμιάναις, aor. 1. part. act. *Æol.* pro καταμιάνας, a καταμιαίνω.

Καταμίγνυμι, vel καταμιγνύω, immisceo, permisceo. Λεπτὴν καταμίξας ἐς τὸν ὅμοιον ἀέρα, *Aristoph. Nub.* 230. Καταμιγνύειν τοῖς ἀναγκαίοις ἀρετῆς τινὰ ζῆλον, *Plut.* Hinc

Κατάμιξις, εως, ἡ, commixtio, permistio.

Καταμικρὸν, *adv.* sensim, paullatim; (2) divisim, minutim.

Καταμίσγω et καταμίσγομαι, admisceo. Τάχιστος καταμίσγεται ἄκριτα ποίην, *Hom.*

Καταμισθοδοτέω, ῶ, f. ήσω, largitione consequor.

Καταμισθοφορέω, ῶ, f. ήσω, in stipendia militum exhaurio. Κατεμισθοφόρησαν τὰ ὑπάρχοντα, *Æschin.*

Καταμνημονεύω, f. εύσω, memor sum.

Καταμολίσκω, descendo, devenio. A μόλω.

Κατάμομφος, ον, vituperabilis; (2) infaustus, infelix.

Καταμόνας, *adv.* solum; (2) seorsum, privatim. Ex μόνος.

Καταμονὴ, ῆς, ἡ, statio, remansio, *Gl. Vet.*

Καταμονομαχέω, ῶ, singulari certamine vinco. Κύκνον κατεμονομάχησε, *Plut.*

Κατάμονος, ου, ὁ δὲ ἡ, permanens, perdurans. A καταμένω.

Καταμόσχευσις, propagatio, *Gl. V.* A μοσχεύω.

Καταμουσόω, ῶ, f. ώσω, numeris et modis exorno, et venustius reddo.

Κατάμοχθος, ου, ὁ δὲ ἡ, vitibus consitus, abundans.

Καταμπέχω, circumtego, cooperio.

Καταμπίσχω, idem. Εὔψυχον ἄνδρα, πολεμίων θανόνθ' ὕπο, κόνει καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονὶ, *Eurip. Helen.* 858.

Καταμυθολογέω σε, fabulas tibi narro, seu fabularum narrationibus te occupo aut oblecto, *Philostr.*

Καταμύξατο, 3. sing. a. 1. ind. med. *Ion.* pro κατεμύξατο, a καταμύσσω.

Καταμυρίζω, f. ίσω, unguentis perfundo.

Καταμῦσαι, aor. 1. inf. act. verbi καταμύω.

Κατάμυσις, εως, ἡ, actio connivendi, conniventia. A καταμύω.

Καταμύσσω, vel καταμύττω, f. ξω, lacero, perstringo; κατεμύξατο, a. 1. med. perstrinxit; aor. 1. part. pass. καταμυχθεὶς, sauciatus, saucius. Πρὸς χρυσῇ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα ἀραιὴν, *Il.* 5, 425.

Καταμυττέω, ῶ, f. ώσω, allium contundo, facio intritum alliatum. *Aristoph.* καταμεμυττωμένα, perf. pass. contrita penitus, ut allia in mortarium conjecta, sive ut alliatum quod in mortario contunditur. Ex κατὰ et μυττωτὸν, *intritum ex alliis.*

Καταμυττωτεύω, minutatim contero, *Arist. Pac.* 246. ubi leg. κατὰ μεμυττωτευμένα.

Καταμύω, f. ύσω, conniveo, oculos claudo; (2) morior. Καταμύειν τὰ βλέφαρα, *Xen.*

Καταμφιέννυμι, f. ίσω, vestio; (2) obduco, v. gr. auro, &c.

Καταμωκάομαι, ῶμαι, derideo, deludo. Καταμωκησόμενος σου, *Arrian.* Hinc

Καταμώκησις, εως, ἡ, irrisio, illusio.

Καταμωλύνω, sensim sedo, lenio.

Καταμωμέομαι, irrideo, vitupero.

Καταναγκάζω, f. άσω, cogo, adigo; (2) vexo.

Καταναγκη, ης, ἡ, violentior amoris illecebra; (2) catanance, herba quædam ad amorem alliciendi vim habens.

Κατανάθεμα, ατος, τὸ, maledictum, devotio.

Καταναθεματίζω, f. ίσω, anathema imprecor, diris devoveo. A præc.

Καταναιδεύομαι, f. εύσομαι, impudenter tracto aliquem, loquor contra aliquem, *Eust.*

Καταναιδὴς, ὁ, inverecundus, *Man.*

Καταναισιμόω, ῶ, f. ώσω, insumo, impendo.

Καταναισχυντέω, ῶ, f. ήσω, impudenter me erga aliquem gero.

Καταναλίσκω, f. λώσω, consumo, impendo, absumo; κατηνάλωσε, consumpsit, aor. 1. κατηναλωμένον, consumptum, perf. pass. Κατανάλισκε τὴν ἐν τῷ βίῳ σχολὴν εἰς τὴν τῶν λόγων φιληκοΐαν, *Isocr. ad Dem.*

Καταναρκάω, ῶ, fut. ήσω, torpefacio; (2) obtorpeo.

torpeo. Οὐ κατενάρκησα οὐδενὸς, 2 Cor. 11, 8.

Καταναυμαχέω, ῶ, fut. ήσω, navali prælio oppugno; (2) navali prælio supero. Τὸν βασιλικὸν κατεναυμάχησε στόλον, Suid.

Κατανάω, habitatum colloco. Hinc a. 1. apud Poet. κατένασσε, collocavit, habitare jussit. Κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης, Hesiod. Op. 167. Καταναίομαι, in medio, habito. Semper apud veteres transitive activum et neutraliter medium sumitur: recentiores vero promiscue formis activis et mediis usi sunt. Κατ' αὐτόθι νάσσατο παῖδας, ibi col-[illegible] Apoll. Rhod. 1, 1356. Κατε-[illegible] habitavi, Eurip. Phœn. [illegible]

Κατ[illegible]

Κα[illegible]γία, ας, ἡ, collectio viritim facta. [illegible]λέγω, et λέγω, seligo.

Κατανεανιεύομαι, f. εύσομαι, juveniliter glorior; (2) juvenili robore prævaleo, animose supero.

Κατανείσσομαι, vel κατανίσσομαι, descendo. Ἐξ ὀχέων κατανίσσεται, Apollon.

Κατανεμέσησις, εως, ἡ, indignatio. Ex κατὰ et νεμεσάω, indignor.

Κατανέμω, distribuo, dispertior; [illegible] incolo, possideo, fruor; κατανεμ[illegible] a. 1. med. partic. pass. κατανεμηθέντες, distributi; κατανενεμημένος, perf. pass. depastus. Ὃν ἐγὼ κατανεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσι ποτὲ ἐς κάττυμα, Aristoph. Ach. 305.

Κατανέομαι, seu κατανεῦμαι, descendo.

Κατανεῦσαι, aor. 1. inf. act. verbi κατανεύω.

Κατανεύσιμος, ον, quod concedi, annui, seu nutu perfici potest.

Κατάνευσις, εως, ἡ, nutus, confirmatio per nutum. A

Κατανεύω, f. εύσω, annuo, nutu aliquid confirmo; (2) innuo, nutu significo. Κατένευσαν τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ, Luc. 5, 7.

Κατανεφόω, ῶ, f. ώσω, caligine obduco, obscuro.

Κατανῆσαι, aggerare, extruere, Herodot. Ex κατὰ et νῆσαι, quasi a νέω, sive νήω, cumulo.

Κατανήχομαι, natando deferor.

Κατανθρακόω, ῶ, f. ώσω, in carbones verto, seu redigo; κατηνθρακωμένος, perf. pass. in carbones versus. Ἐπεὶ δ' ἅπαν κατηνθρακώθη σῶμ' ἐν Ἡφαίστου φλογὶ, Eur. Iph. in Au. 1602. Τὸν ἐμὸν ὡς ἔρρει δέμας φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον, Soph. El. 57.

Κατανθρακίζω, f. ίσω, idem; (2) carbone inficio, v. gr. os, Anthol.

Κατανίζω, f. ίσω, diffundo, transfundo, Vet. Lex.

Κατανικάω, supero, Eur.

Κατάνιμμα, ατος, τὸ, perfusio, lotio.

Κατανίπτης, ου, ὁ, qui Athenis peplum Minervæ infra sordidatum eluebat. A

Κατανίπτω, f. ψω, idem quod κατανίζω. Κατανίψων ἀπὸ γλώττης ἅπαντας, Luc.

Κατανίσσομαι, idem quod κατανείσσομαι.

Κατανίσταμαι, consurgo contra aliquem, insurgo repugnatorius. Κατανίστη τῶν πολεμίων τῇ τόλμῃ, Polyb.

Κατανίφω, f. ψω, ningo; (2) nive obruo. Κ'ει κρημνώδη κατανίφοι, Aristoph. Nub. 962.

Κατανοέω, ῶ, f. ήσω, contemplor, specto; (2) considero; (3) animadverto, intelligo, perspicio; (4) disco. Κατανοήσατε τὰ κρίνα, Luc. 12, 27. Hinc

Κατανόημα, ατος, τὸ, quod ab aliquo animadversum seu perspectum est, commentum, remedium excogitatum.

Κατανόησις, εως, ἡ, contemplatio, animadversio, cognitio; (2) diligens et attenta consideratio; (3) documentum. Ab eod.

Κατανοητικὸς, ἡ, ὸν, perspicax. Ab eod.

Κατάνομαι, absumor. Τὰ δὲ πολλὰ κατάνεται, Odyss. 2, 58.

Κατανομισεύω, f. εύσω, in nummos conflo, vel in nummos cudendos insumo, ap. Jos. Ex κατὰ et νομίζω, in ea significatione qua et νόμισμα, nummus, inde descendit.

Κατανομοθετέω, ῶ, legem oppono legi, obrogo.

Κατανοσφίζομαι, surripio, depeculor.

Κατανουθετέω, ῶ, fut. ήσω, commoneo, monitis instituo et moderor.

Κάταντα, ων, τὰ, declivia, Poetice.

Καταντάω, ῶ, f. ήσω, devenio, pervenio; (2) pervenire facio, transfero. Κατήντησαν εἰς Καισάρειαν, Act. 25, 13. Μισθοφορίας ἀξιολόγου προκειμένης πολλοὶ ἐθέλοντι κατήντων, Diod. Hinc

Κατάντημα, ατος, τὸ, occursus; (2) fastigium [illegible]; item (3) finis, terminus.

Καταντὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, declivis, proclivis, deorsum vergens.

Καταντηστιν, al. κατάντησιν, Hom. idem quod καταντιπέρην.

Καταντία, ας, ἡ, declivitas.

Καταντιβολέω, ῶ, fut. ήσω, precor.

Καταντικρὺ, [illegible] ex adverso, e regione, ex opposito, τὸ καταντικρὺ, contrarium.

Καταντίον, adv. idem.

Καταντιπέρας, adv. idem.

Καταντιπέρην, idem quod καταντικρὺ, Man.

Καταντλέω, ῶ, f. ήσω, hausta aqua perfundo, et proprie quidem cum magna abundantia. Ph. καταντλῶ, fomento. Ap. Med. est fomenta adhibere liquida; oratores denique dicuntur καταντλεῖν, cum suavitate orationis capere tentant auditores, et permulcere aut multitudine verborum obruere. Ἀλλ' ὅταν ξυνήγορος ταῦτα ταὐτά σου καταντλῇ, accusationibus aspergit, Aristoph. Vesp. 481. Καταντλούμενος ταῖς τῶν βασάνων τρικυμίαις, Joseph. Maccab. 7. A καταντλος.

Κατάντλημα, ατος, τὸ, fomentum quod cum infusione fit. A præc.

Κατάντλησις, εως, ἡ, infusio aquæ vel alius liquoris, potissimum fovendi gratia.

Κάταντλος, ου, ὁ ϗ ἡ, abundans, circumfluens.

Κατανυγῇς, 2. sing. a. 2. conj. pass. verbi κατανύσσω.

Κατανυκτικὸς, ἡ, ὸν, acerbus, mordax.

Κατάνυξις, εως, ἡ, compunctio; (2) dolor animi; (3) veternus profundus et omni sensu privans, sopor, stupor, LXX. (Sed hoc sensu potius leg. κατανύσταξις, Ern.)

Κατανύσσω, vel κατανύττω, f. ξω, pungendo penetro, compungo: a. 2. pass. κατενύγην. 3. pl. κατενύγησαν. Ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, Act. 2, 37.

Κατανυστάζω, f. άσω, dormito capite dejecto et nictante; (2) obdormisco; (3) aliquantum dormio.

Κατανυχθέντος, gen. sing. a. 1. part. pass. verbi κατανύσσω.

Κατανύω, f. ύσω, conficio, perago; (2) pervenio. Κατανύειν δρόμον, τὴν πορείαν, Plut. Φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν, amicam enim apud hospitam diversantur, Soph. Elect. 1451: elliptica locutio pro κατήνυσαν τὴν ὁδὸν εἰς φίλης προξένου οἶκον.

Κατανωτιαῖος, αία, αῖον, qui a tergo est.

Κατανωτίζομαι, dorso fero, sublatum bajulo.

Καταξαίνω, carpo, carmino; (2) lacero; (3) excorio; (4) cædo; (5) contero, attero. f. 1. καταξανῶ, εῖς. a. 1. part. καταξάνας. pass. καταξανθεὶς. Μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐς φοινικίδα; cruentare, Aristoph. Ach. 324. Κατεξάνθην πόνοις, Eur. Tro. 757. Κατέξανται δέμας, corpus macie extabuit, Eurip. Hipp. 274. Κατεξάνθην πόνοις, consumpta sum laboribus, Id. Med. 1030.

Κατάξεμεν, f. 1. inf. act. Ion. pro κατάξειν, a κατάγω.

Καταξενόω, ῶ, fut. ώσω, hospitio excipio.

Καταξέω, f. έσω, edolo, derado, deradendo et scalpendo polio; a. 1. pass. κατεξέσθην, sub. 3. sing. καταξεσθῇ. Ὅταν δὲ πρισθῇ, ϗ καταξεσθῇ, Plut. de cornibus.

Καταξηραίνω, f. ανῶ, sicco, exsicco.

Κατάξηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, siccus, aridus. Κατάξηρος ψυχὴ, Num. 11, 6.

Καταξιοπιστεύομαι, fide indignum aliquem judico, aut dico adversus aliquem quæ fide indigna sint, Suid.

Κατάξιος, dignus, Soph.

Καταξιόω, ῶ, f. ώσω, dignum judico, dignor; (2) rogo, imploro; (3) in honore habeo; pass. καταξιοῦμαι, dignus judicor. aor. 1. κατηξιώθην. inf. καταξιωθῆναι. Κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι, Act. 5, 41. τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν, Luc. 20, 35. Κατηξίου τε ταύτην ὁμοίως αὐταῖς μετέχειν τῆς πόλεως, Demosth. in Neæram. Οἱ μὲν ἐπὶ τοσοῦτον πίστεως καὶ τῶν ὁμοίων καταξιωθέντες, alii fidei gradum, aliarumque id genus rerum merentur, Plutar. de Stoic. repugnantiis. Σύ τοι, σύ τοι κατηξίωσας, hanc fortunam meritus es, id est, tu quidem ipse tibi calamitatem hanc concivisti, Soph. Phil. 1095.

Καταξίως, adv. digne, pro dignitate, merito.

Καταξίωσις, ἡ, dignitas; (2) reverentia, admiratio alicujus rei. Διὰ τὴν Ἀμίλκου τοῦ στρατηγοῦ καταξίωσιν, propter dignitatem, gloriam Amilcaris ducis; vel potius, motus admiratione et reverentia erga ducem Amilcarem, Polyb. 1, 78. (2) τὴν κατάπληξιν καὶ καταξίωσιν παρὰ τοῖς συμμάχοις τοῦ Ῥωμαίων πολιτεύματος, admirationem atque reverentiam qua Romanam rempublicam socii colunt, Id. 3, 90.

Καταξυράω, rado, derado.

Καταξυσμὸς, οῦ, ὁ, sculptura. A

Καταξύω, f. ύσω, derado, abrado, litura obduco, oblitero; (2) incido, scarifico. Τὰς ἐπιφανείας αὐτῶν καταξύοντες, Luc.

Καταπαίζω, f. αίξω, vel αίσω, deludo, illudo, ludibrio habeo. a. 1. part. pass. καταπαιχθεὶς, elusus.

Καταπαίω, f. αίσω, percutio, flagello ferio.

Καταπακτὸς, ἡ, ὸν, compactus. A πηκτός.

Καταπαλαίω, f. αίσω, eluctor, lucta vinco; (2) vinco; a. 1. part. pass. καταπαλαισθεὶς, lucta victus. Ἀλλ' οἱ λόγοι καταπαλαίουσιν λόγους, Eur. Iph. in Au. 1038.

Καταπαννυχίζομαι, f. ίσομαι, pernocto.

Καταπανουργεύω, f. εύσω, malitiose ago contra, dolis utor adversus.

Κατάπασμα, ατος, τὸ, id quo corpus conspergitur. A

Καταπάσσω, vel καταπάττω, f. καταπάσω, conspergo. Κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν, Aristoph. Nub. 177. Hinc

Κατάπαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, conspersus; (2) variegatus, pictus.

Καταπατέω, ῶ, fut. ήσω, conculco, proculco. Τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, Heb. 10, 29. Καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, Matt. 5, 13. Hinc

Καταπάτημα, ατος, τὸ, quod conculcatur.

Καταπάτησις, εως, ἡ, conculcatio.

Κατάπαυμα, ατος, τὸ, requies; (2) finis.

Καταπαύσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, requiem adferens.

Κατάπαυσις, εως, ἡ, requies, quies; (2) sedatio; (3) dejectio de honore.

Καταπαυστικὸς, ἡ, ὸν, vim leniendi, sedandi habens. A

Καταπαύω, f. αύσω, cessare seu desistere facio, coerceo, compesco, reprimo; (2) finio, termino, finem impono; (3) requiesco, cesso; καταπαυθήσεται, sedabitur, f. 1. pass. Δέσποινα χόλον καταπαύσει, Eur. Med. 172. Ἐγώ σε καταπαύσω τᾶς πνοᾶς, Aristoph. Av. 1403.

Καταπειθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, obsequens, moriger. A

Καταπείθω, f. πείσω, persuadeo, adduco, induco. Pass. obedio, morem gero, pareo.

Καταπειλέω, ῶ, fut. ήσω, interminor.

Κατάπεινος, ου, ὁ ϗ ἡ, fame confectus. Ex κατὰ et πεῖνα, sitis.

Καταπείρα, ας, ἡ, tentamen, experimentum.

Καταπειράζω, f. άσω, periculum et experimentum facio, attento, tento; (2) lacesso. Καταπειράζειν τῶν πολεμίων, Polyb. ψῆφον τινὸς, Lys. Hinc

Καταπειρασμὸς, οῦ, ὁ, tentatio, qua fit alicujus rei periculum, experientia.

Καταπειράω, idem quod καταπειράζω. Hinc

Καταπειρητὴρ, ῆρος, ἡ, instrumentum quo nautæ maris altitudinem explorant.

Καταπειρητηρίη, ης, ἡ, Ion. pro καταπειρατηρία, sc. σχοῖνος, aut μολυβὶς, idem.

Καταπείρω, f. ερῶ, transfigo, transadigo, configo; καταπεπαρμένος, perf. pass. confixus.

Κατα-

Καταπιλματέω, ῶ, f. ώσω, munio novis soleis, reficio calceum lacerum. Καταπεπιλματωμένα σανδάλια, calcei sordidi, obsoleti, reflecti, *Josu.* 9, 5. Ex πίλμα, *solea calceamenti.*

Καταπιλτάζω, f. άσω, catapultis impugno; (2) invado, vel incurso, more peltatorum militum; f. 1. med. καταπελτάσονται, peltati incursabunt. Καταπελτάσονται τὴν Βοιωτίαν ὅλην, *Aristoph. Ach.* 164. A καταπέλτης.

Καταπελταφέτης, ȣ, ὁ, qui telum e catapulta mittit. Ex καταπέλτης et ἀφίημι, *emitto.*

Καταπέλτης, ȣ, ὁ, catapulta, machina bellica; (2) supplicii genus. Ex πέλτη.

Καταπελτικὸς, ὴ, ὸν, catapultarius. A præc.

Καταπελτόω, pro καταπελματέω.

Καταπέμπω, fut. ψω, demitto; (2) mitto. Καταπέμπειν γράμματα, *Herodian.*

Καταπενθέω, ῶ, fut. ήσω, defleo, deploro.

Καταπεπαίνω, commitigo, *Gl. V.*

Καταπεπλασμένον, musicorum verbum. Vide *Fab.* 1, 19.

Καταπεπτηυῖα, part. perf. act. f. g. *per Sync.* pro καταπεπτηχυῖα, a καταπτήσσω.

Καταπέπτω, f. ψω, percoquo. Χόλον καταπέψῃ, *Il.* 1, 81.

Καταπεπυκασμένως, *adv.* solerter, callide, fraudulenter. A πυκάζω.

Καταπεραιόω, ῶ, f. ώσω, traduco, trajicio. Hinc

Καταπεραίωσις, εως, ἡ, transitus, *Eust.*

Καταπέρδω, oppedo, crepitum ventris contra emitto, contemtim et insolenter illudo: a. 2. καταπαρδεῖν, oppedere.

Καταπέρειμι, superior sum, supero.

Καταπερίξυσις, εως, ἡ, laceratio, scarificatio.

Καταπερονάω, ῶ, infibulo, velut fibula defigo.

Καταπερπερεύομαι, adulor; vendito me alicui.

Καταπεσὼν, a. 2. part. act. verbi καταπίπτω.

Καταπετάζω, fut. άσω, expando, explico, extendo; (2) obtego, obvelo, cooperio. Καπέτασ' αὐτȣ̃ τὴν κεφαλὴν φοινικίδι, *Aristoph. Plut.* 730.

Καταπετάννυμι, vel καταπεταννύω, idem.

Καταπετάομαι, ῶμαι, vel καταπέτομαι, devolo, volando descendo.

Καταπέτασμα, ατος, τὸ, aulæum, velum quod rei alicui obtenditur. A καταπετάζω.

Καταπετροκοπέω, ῶ, f. ήσω, lapidibus jaciendis frango. Τȣ̀ς δὲ Ἀμφικτύονας καὶ τὸν Φίλιππον τὰ ὅπλα τῶν Φωκίων καὶ τῶν μισθοφόρων καταπετροκοπῆσαι, *Diodor. Sicul.* 16, 60. A πέτρος et κόπτω.

Καταπετρόω, ῶ, f. ώσω, de saxo præcipito; (2) lapidibus obruo, lapido. Ex πέτρος.

Καταπέττω, *Att.* pro καταπέσσω.

Καταπεφεύγασι, *confugerunt*, 3. plur. perf. ind. med. verbi καταφεύγω.

Καταπέφνω, occido. Εἰ μέν κεν Μενέλαον Ἀλέξανδρος καταπέφνῃ, *Il.* 3, 281.

Καταπεφρονηκότως, *adv.* contemptim. Φρονηματισθέντες ἐπὶ τῷ προτερήματι, καταπεφρονηκότως διά τινων στενῶν καὶ ἀποκρήμνων ὁδῶν ἐπορεύθησαν, successu elati, magno hostium contemtu per fauces quasdam arctas et confragosas properant, *Diodor. Sic.* 14, 101.

Καταπέψῃ, 3. sing. a. 1. conj. act. verbi καταπέσσω.

Καταπήγνυμι, vel καταπηγνύω, defigo, depango; (2) gelu constringo, congelo, conglacio. Εἶτα κατάπηξον πρὸς αὐτὸν, scil. ὀβελίσκον, *Aristoph. Av.* 365.

Καταπηδάω, ῶ, fut. ήσω, desilio, insilio.

Καταπημαίνω, f. ανῶ, noceo, damnum adfero, unde a. 1. opt. καταπημήνειε, noceat.

Καταπημήνειε, 3. sing. a. 1. opt. act. *Æol.* et *Att.* pro καταπημάναι.

Καταπὴξ, ηγος, ὁ, sublica, palus qui in terram defigitur. A καταπήγνυμι.

Κατάπηρος, ον, læsus, mutilatus.

Καταπήσσω, vel καταπήττω, fut. ξω, defigo.

Καταπιαίνω, f. ανῶ, pinguefacio.

Καταπιέζω, fut. έσω, deprimo, opprimo; (2) comprimo, presso.

Καταπίεσις, εως, ἡ, depressio, oppressio, compressio. A καταπιέζω.

Καταπίκρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, peramarus.

Καταπίμελος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pinguis, obesus. Ex πιμελὴ, *pinguedo.*

Καταπιμπλάω, καταπίμπλημι, vel καταπίπλημι, repleo, oppleo, compleo; fut. καταπλήσω, a. 1. κατέπλησα. pass. καταπίμπλαμαι, oppleor.

Καταπιμπράω, vel καταπίμπρημι, fut. ήσω, incendo, inflammo, comburo. Κατεπίμπρησαν τὰς οἰκίας, *Plut.*

Κατάπινε, 2. sing. præs. imperat. act. verbi

Καταπίνω, absorbeo, bibo; (2) deglutio, devoro: f. 2. καταπιοῦμαι, καταπιοῦνται, devorabunt: pass. f. 1. καταποθήσομαι, καταποθήσεται, devorabitur; a. 1. pass. κατεπόθην. aor. 2. act. κατέπιον conj. ἐὰν καταπίω. Αὕτη γέ τοι ἐρίων τάλαντον καταπέπωκε ῥᾳδίως, *Aristoph. Vesp.* 1141.

Καταπίπλημι. Vide καταπιμπλάω.

Καταπιπράσκω, vendo, venundo.

Καταπίπτω, prolabor, procumbo, decido, delabor; a. 2. κατέπεσον· καταπεσών, prolapsus; perf. inf. καταπεπτωκέναι, decidisse. Πάντων δὲ καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, *Act.* 26, 14.

Καταπισσόω, vel καταπιττόω, ῶ, fut. ώσω, pico, pice illino, pice incrusto.

Καταπιστεύω, f. εύσω, credo, fidei alicujus committo. Καταπιστεύεσθαι ταῖς Μȣ́σαις, *Phal.*

Καταπιστόω, ῶ, f. ώσω, fidem facio, fidem præsto, fidem exigo. Ex πίστις. Hinc

Καταπίστωσις, εως, ἡ, fiduciæ et securitatis contractus.

Καταπίττωσις, ἡ, picatio, obductio picis.

Καταπίων, ονος, ὁ ϗ ἡ, pinguis, obesus.

Καταπλαγεὶς, aor. 2. part. pass. verbi καταπλήσσω. Unde

Καταπλαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, metu consternatus.

Κατάπλασμα, ατος, τὸ, medicamentum quod illinitur vel quod superimponitur, emplastrum. A

Καταπλάσσω, vel καταπλάττω, f. άσω, illino, oblino; (2) cataplasma impono, cataplasmate curo. Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε, *Epigr.*

Καταπλαστὴ, ἡ, medicamentum, *Herod.*

Καταπλαστὸς, ὴ, ὸν, illitus; (2) confictus.

Καταπλαστὺς, ύος, ἡ, emplastrum, oblitum. Ἀπαιρέουσι τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ τὴν καταπλαστὺν, *Herodot.* 4, 75.

Καταπλέκω, fut. ξω, complico, necto. Καταπλέκειν τὴν ζώνην, *Herodot.* finire; ῥῆσιν, perorare.

Καταπλεονεκτέω, excello, præsto.

Κατάπλεος, et *Att.* κατάπλεως, expletus, plene satiatus.

Καταπλέω, fut. εύσω, navi devehor in terram, appello in portum. Κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, *Luc.* 8, 26.

Καταπληγμὸς, ȣ̃, ὁ, objurgatio, insultatio. A καταπλήσσω.

Καταπλέθω, f. ήσω, impleo, repleo, oppleo.

Καταπληκτικὸς, ὴ, ὸν, terribilis, stuporem adferens, admirabilis.

Καταπληκτικῶς, *adv.* cum stupore, terrore, ut stupeant qui vident, &c.

Καταπλὴξ, ῆγος, ὁ ϗ ἡ, perculsus, consternatus; (2) pavidus; (3) stolidus.

Κατάπληξις, εως, ἡ, obstupefactio; (2) stupor, mens attonita. A

Καταπλήσσω, vel καταπλήττω, perterrefacio, percello, obstupefacio; καταπλήσσομαι, obstupesco, stupeo, percellor; a. 1. act. καταπλῆξαι, perculisse, in med. καταπλήξασθαι a. 2. pass. καταπλαγῆναι, percelli, perculsum esse. Κατέπληξε πάντας, *Xen.* Καταπλαγῆναι τȣ̀ς πολεμίȣς, *Thuc.*

Καταπλοκὴ, ῆς, ἡ, implicatio, complexio.

Κατάπλοος, *contr.* κατάπλȣς, ȣ, ὁ, navigatio deorsum, sive qua descendimus; (2) appulsus; (3) locus ad quem appellimus.

Καταπλȣτέω, ῶ, fut. ήσω, dives sum, abundo.

Καταπλȣτίζω, fut. ίσω, dito, locupleto.

Καταπλȣτομαχέω, divitiis contra aliquem pugno, divitiis ad alterum debellandum utor.

Καταπλύνω, f. υνῶ, abluo, eluo; (2) lavo, perluo; *tropice*, probris, contumeliis.

Κατάπλυσις, εως, ἡ, lotio, ablutio. A præc.

Καταπλώω, *Ion.* pro καταπλέω, navi devehor; a. 1. καταπλώσας, devectus.

Κατάπνευμα, ατος, τὸ, adflatus. A

Καταπνέω, fut. εύσω, perflo, adflo, et quidem cum vi.

Καταπνίγω, f. ίξω, suffoco, præfoco, strangulo. Καταπνιγηθῆναι, *Gal.* Hinc

Κατάπνιξις, εως, ἡ, strangulatio, suffocatio.

Καταπνοὴ, ῆς, ἡ, venti irruentis flatus.

Καταπόδα, et καταπόδας, *adv.* e vestigio. Vide πȣ̀ς.

Καταποθῇ, 3. sing. a. 1. conj. pass. v. καταπίω pro καταπίνω. Unde

Καταπόθρα, ας, ἡ, fauces infimæ, quibus cibus devoratur, stomachi orificium.

Καταποικίλλω, variego, varie distinguo; perf. pass. καταπεποίκιλται, variegatum est.

Καταπολαύω, f. αύσω, perfruor; (2) nimium et plus, quam par est, fruor.

Καταπολεμέω, ῶ, fut. ήσω, bellum gero contra aliquem, oppugno, debello. Καταπολεμεῖν τινα ἐγκλήματι, *Thuc.* Hinc

Καταπολέμησις, εως, ἡ, oppugnatio; (2) debellatio.

Καταπολιτεύομαι, fut. εύσομαι, politica ratione vinco, causam ad remp. pertinentem obtineo contra aliquem. Κατεπολιτεύσατο τὴν ἐν τȣ́τοις πλεονεξίαν, *Plut.*

Καταπολὺ, *adv.* multum, valde; (2) multo, *cum compar.*

Καταπομπεύω, fut. εύσω, transmitto, transveho pompa; (2) glorior adversus quem.

Καταπονέω, ῶ, f. ήσω, labore conficio, fatigo, affligo, vexo, lasso; καταπονȣ̃μαι, labore conficior, fatiscor, affligor; καταπονηθεὶς, a. 1. part. debilitatus, vexatus. Ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονȣμένῳ, *Act.* 7, 24. Hinc

Καταπόνησις, εως, ἡ, fatigatio, lassitudo.

Κατάπονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, labore defessus, confectus.

Καταποντίζω, f. ίσω, demergo in pontum seu mare, submergo. Καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, *Matt.* 18, 6. Hinc

Καταποντισμὸς, ȣ̃, ὁ, demersio in mare, submersio.

Καταποντιστὴς, ȣ̃, ὁ, qui in pontum demergit; (2) pirata, qui post prædam captam homines in aquas submergit.

Καταποντόω, ῶ, f. ώσω, idem quod καταποντίζω.

Καταπορδέω, oppedo.

Καταπορεύομαι, f. εύσομαι, redeo ab exsilio.

Καταπόρνευσις, ἡ, scortatio; (2) stupratio. A

Καταπορνεύω, f. εύσω, stupro, stuprum infero; (2) prostituo. (2) χωρὶς ἢ ὅτι τὰ θήλεα τέκνα καταπορνεύȣσι, *Herodot.* 1, 94.

Καταπορνοκοπέω, ῶ, fut. ήσω, in meretrices insumo. Ex πορνοκόπος, *leno.*

Καταπορσύνω, molior, machinor, exhibeo, *Xen.*

Κατάποσις, εως, ἡ, absorptio, devoratio, deglutitio cibi vel potus in ventriculum; (2) gula, cibi meatus. *Gl. V.* κατάποσις, vorago. A καταπίνω.

Καταπότης, ȣ, ὁ, vorax, helluo, *Gl. V.* (2) gula. Ab eod.

Καταπότιον, ȣ, τὸ, catapotium, medicamentum quod deglutiendo sumitur. Ab eod.

Κατάποτον, ȣ, τὸ, idem, *Hipp.*

Καταπραγματεύομαι, fut. εύσομαι, negotior.

Καταπρανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, declivis, pronus.

Καταπράσσω, vel καταπράττω, et καταπράττομαι, efficio, perago, transigo; (2) pertracto; (3) comparo. Ἐὰν μὴ πάντα, ὅσα ἡ πόλις βȣ́λεται, καταπράττῃ, *Plut.*

Καταπράϋνσις, εως, ἡ, mitigatio, sedatio. A

Καταπραΰνω, mansuefacio, lenio, sedo. Κατεπράϋνε τῆς ὀργῆς αὐτὸν, *Plut.*

Κατάπρεμνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, stirpibus, arboribus, abundans. Ex πρέμνον, *stirps.*

Καταπρεσβεύω, f. εύσω, *cum gen.* legatus venio contra aliquem, oppugnaturus quem.

Καταπρήθω, f. ήσω, comburo; (2) incendo.

Καταπρηνὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, pronus, declivis.

Καταπρηνίζω, fut. ίσω, pronum præcipito.

Καταπρηνόω, ῶ, fut. ώσω, præcipito, pessundo; hinc. aor. 1. med. κατεπρηνώσαο, pro κατεπρηνώσω. Ex κατὰ et πρηνὴς, *pronus.*

Κατα-

Καταπροδῇ, 3. sing. aor. 1. conj. pass. verbi καταπρόδω.

Καταπρίω, fut. ίσω, serra deseco, vel præcido, serra descindo; (2) discindo, disseco.

Καταπροδιδόναι, præs. inf. act. verbi

Καταπροδίδωμι, f. δώσω, prodo. Μήτε τὰς συμμάχους καταπροδίδωμεν, *Thuc.*

Καταπρόσθαι, aor. 1. inf. med. verbi

Καταπροΐημι, e manibus dimitto, projicio; (2) cum neglectu abjicio.

Καταπροΐκομαι, progredior; (2) irrideo, contemno; (3) impune evado; impune aliquid facio, ut hinc sit καταπροΐξεσθαι, futurum. Sic autem occurrit; οὐ καταπροΐξει, pro οὐ καταπροΐξῃ, haud impune feceris; et οὐ καταπροΐξεται, non impune fecerit. Οὔτοι, σὺ καταπροΐξει λέγων ταυτί, *Aristoph. Thesm.* 578. et *Vesp.* 1385. Καταπροϊχθῆναι, stuprari, quorumvis ludibrio exponi, *Argument. Antig. Soph.* Quasi κατὰ προῖκα, *gratis impune*; in altera significatione, quasi ex κατὰ, πρὸ, et ἵκομαι.

Καταπροΐξατο, *impune reliqui*, aor. 1. ind. med. verbi καταπροΐκομαι.

Καταπρολείπω, fut. ψω, relinquo, desero.

Καταπρωτεύω, ῶ, f. ήσω, primas partes eripio, vinco.

Καταπροχέω, fut. εύσω, p. κέχευκα, profundo, effundo.

Καταπρωκτος, ου, ὁ, cinædus.

Καταπτὰς, a. 2. part. act. verbi καθίπτημι.

Καταπτάω, ῶ, f. καταπτήσομαι, devolo, *præs. inus.*

Κατάπτερος, ου, ὁ ἡ, plumatus, aliger, alatus. Μόλε κατάπτερος τὸν Ἀγαμεμνόνιον ἐπὶ δόμον, *Eurip. Or.* 178. Ex πτερόν.

Καταπτέσθαι, *perstringere*, præs. inf. med. *Ion.* pro καθάπτεσθαι, a καθάπτομαι.

Καταπτήσσω, fut. καταπτήξω, p. κατέπτηχα, terreo; (2) consternor, perterreor, pertimesco, valde timeo, testor animum fractum et desperabundum.

Καταπτήτην, 3. dual. a. 2. ind. act. *Ion.* pro κατεπτήτην, a verbo καθίπταμαι.

Καταπτοέω, ῶ, fut. ήσω, metu consterno, exterreo.

Κατάπτομαι, *Ion.* pro καθάπτομαι, tango, exprobro; cito, de teste. Vide καθάπτομαι.

Καταπτύστης, ὁ, despector, derisor, *Anac.*

Κατάπτυστος, ου, ὁ ἡ, despuendus, detestandus, abominabilis. A καταπτύω.

Καταπτυχὴς, ές, ὁ ἡ, sinuosus, plicatus. Ex πτύσσω, *plico.*

Καταπτύω, f. ύσω, despuo, despicio, contemptim adversor.

Κατάπτωμα, ατος, τὸ, lapsus, casus, ruina. A καταπίπτω.

Κατάπτωσις, εως, ἡ, idem et ab eod.

Καταπτώσσω, metu concido, trepido.

Καταπτωτος, succiduus, *Gl. V.* A καταπίπτω.

Καταπτωχεύομαι, fut. εύσομαι, inops sum; (2) ad mendicitatem redigor, pauper fio.

Καταπυγὴς, ίος, ὁ, cinædus; (2) obscœnus, *Hes.* Ex πυγή.

Κατάπυγος, ου, ὁ, idem et ex eod. Hinc

Καταπυγοσύνη, ης, ἡ, flagitium cinædorum.

Καταπύγων, ωνος, ὁ, cinædus. A πυγή.

Καταπυγωνίστερος, impudicior, libidinosior.

Καταπύθω, f. ύσω, putrefacio, putredine consumo; καταπύθομαι, putresco.

Καταπυκάζω, f. άσω, exorno; (2) constipo.

Κατάπυκνος, ου, ὁ ἡ, condensus.

Καταπυκνόω, ῶ, fut. ώσω, condenso. Κατεπύκνου παραδειγμάτων πλῆθει τὴν πόλιν, *Plut.* Ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας φαντασίαις καταπεπυκνωμένον, *Longin.* 9.

Καταπυκτεύω, f. εύσω, vinco pugilatu.

Καταπυρίζω, f. ίσω, inflammo. Ex πῦρ.

Κατάπυρος, ου, ὁ ἡ, ignitus, candefactus; (2) ardentissimus, ferventissimus. Ex πῦρ.

Καταπυρπολέω, ῶ, f. ήσω, igni absumo, comburo.

Κατάπυῤῥος, ου, ὁ ἡ, valde rufus.

Καταπώγων, ωνος, ὁ, barbatus.

Καταπωλέω, f. ήσω, vendo, venale habeo.

Κατάρα, ας, ἡ, exsecratio, diræ.

Καταραΐζομαι, convalesco, *ut simp.*

Καταρακέω, seu καταῤῥακόω, ῶ, lacero. Unde perf. part. κατεῤῥακωμένος, laceratus. A ῥάκος.

Καταράκτης, ου, ὁ, cataracta, locus abruptus et præceps in flumine, unde aqua in præceps ruit; (2) vectis, obex; (3) porta; (4) avis quædam. A καταῤῥάσσω.

Καταράομαι, ῶμαι, f. άσομαι, male ominor, exsecror, devoveo. Ὅταν καταράσωμαι λάθρα τῷ δεσπότῃ, *Aristoph. Ran.* 764. Ἡ συκῆ ἣν κατηράσω, *Marc.* 11, 21. Ex ἀρά.

Καταρᾶσθε, 2. plur. præs. imperat. med. *contr.* pro καταράεσθε, a καταράομαι.

Καταράσιμος, ον, exsecrabilis.

Κατάρασις, εως, ἡ, exsecratio.

Κατάρατος, ου, ὁ ἡ, diris devotus, exsecratione dignus. A καταράομαι.

Καταράσσω, vel καταράττω. Vide καταῤῥάσσω.

Κατάρβυλος, ου, ὁ ἡ, usque ad calceos demissus. Ex ἀρβύλη.

Καταργέω, ῶ, f. ήσω, p. κατήργηκα, inefficacem reddo, cessare facio ab opere; (2) abrogo, aboleo; (3) inutile reddo. Κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου, 1 *Cor.* 13, 11. Κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, *Rom.* 7, 6. Ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα, *Eurip. Phœn.* 760.

Καταργηθήσονται, 3. plur. f. 1. ind. pass. verbi καταργέω.

Κάταργμα, ατος, τὸ, initiatio, et *in plur.* primitiæ. A κατάρχομαι.

Καταργουμένην, acc. sing. part. præs. pass. f. g. verbi καταργέω.

Κατάργυρος, ου, ὁ ἡ, argentatus; (2) argenteus.

Καταργυρόω, ῶ, fut. ώσω, argento obduco, vel tego; (2) pecunia corrumpo. (2) καὶ τοῦτ' ἄθρησον εἰ κατηργυρωμένος λέγω, corruptus pecunia, *Soph. Antig.* 1077.

Καταρδευτος, ον, irriguus, *Gl. V.* quasi a καταρδεύω, quod esset *irrigo.*

Καταρδω, irrigo. Οὔτι πανουργῶν, ὅτι κατάρδων, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα διδάσκων, laudibus perfundens, *Aristoph. Ach.* 664.

Καταρέζω, fut. ξω, demulceo manu. Χειρί τέ μιν κατέρεξεν, *Il.* 1, 361.

Κατάρης ἄνεμος, ventus contortus, et desuper irruens cum impetu, typho. A καταράσσω.

Καταρεθεὶς, aor. 1. part. pass. *Ion.* pro καθαρθεὶς, a καθαίρω, *purgo.*

Καταρθρόω, ῶ, fut. ώσω, articulo.

Καταριγηλὸς, ἡ, ὸν, horribilis, horrendus.

Καταριθμέω, ῶ, f. ήσω, annumero; (2) enumero; (3) numero. Καταριθμηνται Τρωάδων ἄλλων μετὰ, *Eur. Tro.* 873. Κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, *Act.* 1, 17.

Καταρίθμησις, εως, ἡ, enumeratio. A præc.

Καταριπτάζω, fut. άσω, dejicio, *Hes.*

Καταριστάω, ῶ, f. ήσω, prandeo.

Καταρκέω, ῶ, fut. έσω, sufficio. Ἐμοὶ δὲ φῶς ἐν ἡλίῳ καταρκέσει, *Eur. Rhes.* 446.

Καταρμόζω, *Ion.* pro καθαρμόζω, adapto.

Καταρνέομαι, nego, *Soph.*

Καταρόω, ῶ, f. ώσω, aro; (2) gigno, de mare.

Καταῤῥαγὴ, ῆς, ἡ, dilaceratio.

Καταῤῥαγῆναι, a. 2. inf. pass. verbi καταῤῥήγνυμι.

Καταῤῥαθυμέω, ῶ, f. ήσω, ignave vel timide ago. Τὰ κατεῤῥαθυμημένα, per negligentiam amissa, *Demosth. Philipp.* 1, 4.

Καταῤῥαίνω, fut. ανῶ, perfundo stillatim; (2) adspergo, inspergo, irroro.

Καταῤῥάκτης, ου, ὁ, idem quod καταράκτης.

Καταῤῥάπτω, f. ψω, insuo, consuo.

Καταῤῥάσσω, vel καταῤῥάττω, fut. ξω, frango, rumpo; (2) impetuose deturbo; (3) erumpo, cum impetu decido; (4) decido, more salientium aquarum defluo; (5) ruo, confugio. Κατέῤῥαξε δ' εἰς τὴν θάλασσαν ἅπαντας, *Dem.* (5) ἀλλὰ κατηῤῥάχθησαν ὥσπερ εἰς τεῖχός τι φίλιον τοὺς ἐλέφαντας, ad elephantos tanquam ad amicum murum confugiunt, *Arr. Hist. Alex.* 5, 17.

Κατάῤῥαφος, ου, ὁ ἡ, consutus; (2) pannosus; (3) ex commissuris nexus, non integer; (4) imbellis, de homine imbecillæ valetudinis. A καταῤῥάπτω.

Καταῤῥαψῳδέω, ῶ, fut. ήσω, nugor consuendo carmina; (2) nugor, blatero.

Καταῤῥέζω, f. ξω, permulceo, *Ern.*

Καταῤῥέον, præs. part. act. n. g. v. καταῤῥέω.

Καταῤῥεπὴς, ές, ὁ ἡ, deorsum vergens, declivis; (2) in alteram partem vergens. A

Καταῤῥέπω, f. ψω, deorsum vergo et inclinor.

Καταῤῥεῦσαν, nom. sing. a. 1. part. act. n. g. verbi

Καταῤῥέω, fut. εύσω, defluo, adfluo; (2) decido, delabor; (3) collabor, concido. Ἐκεῖνο τήρει, μὴ σφαλεὶς καταῤῥυῇς ἐντεῦθεν, *Aristoph. Pace,* 145. Φόνῳ καταῤῥεῖ, *Eur. Tro.* 16.

Καταῤῥήγνυμι, vel καταῤῥηγνύω, confringo, distringo; (2) cum impetu decidere facio, dejicio; (3) alvum celeriter et cum impetu moveo; valde purgo, *ap. Med.* Γυναῖκες καταῤῥηγνύμεναι τοὺς πέπλους, *Xen.* Ἀσκοὺς κατεῤῥωγότας, *Jos.* 9, 4. (1) τροπὰς καταῤῥηγνύει, perrumpit ordines et in fugam vertit, *Soph. Antig.* 675. (3) κατεῤῥήγνυντο τὰς γαστέρας, dysenteria laborare cœperant, *Appian. de Reb. Hispan.* 54. Hinc

Καταῤῥηκτικὸς, ἡ, ὸν, celeriter urinam aut alvum ciens.

Κατάῤῥησις, εως, ἡ, accusatio; (2) condemnatio.

Καταῤῥήσσω, vel καταῤῥήττω, f. ξω, confringo, diffringo; (2) constrepo, intersono.

Καταῤῥητορεύω, f. εύσω, contra aliquem verba facio; (2) eloquentia supero; (3) eloquentiæ vi demulceo.

Κατάῤῥιζος, ου, ὁ ἡ, radices terræ infixas habens; (2) radices e capite demittens. Ex ῥίζα, *radix.* Hinc

Καταῤῥιζόω, ῶ, f. ώσω, radicibus firmo seu fulcio, radicibus fixis stabilio.

Καταῤῥινάω, ῶ, fut. ήσω, limo, lima polio; κατεῤῥινημένον, exquisitum, elegans. Ἀστεῖόν τι λέξειν καὶ κατεῤῥινημένον, aliquid urbani et limati, *Aristoph. Ran.* 900. Πολλοὺς δὲ γ' εὑρήσεις ἐν μεσημβρίᾳ θάλπει βραχίον' εὖ κατεῤῥινημένους, lacertum bene limatum, *id est,* probe exercitatum, *Æschyl. Suppl.* 754. Ex ῥίνη, *lima.*

Καταῤῥινίζω, f. ίσω, idem.

Καταῤῥιπτάζω, f. άσω, dejicio, vel disjicio.

Καταῤῥιπτέω, ῶ, f. ήσω, dejicio, prosterno. A

Καταῤῥίπτω, f. ψω, idem.

Καταῤῥοιζέω, ῶ, f. ήσω, asthmate sibilante laboro.

Καταῤῥοΐζομαι, f. ίσομαι, catarrho laboro, destillationibus vexor. A κατάῤῥοος.

Καταῤῥοϊκὸς, ἡ, ὸν, a catarrho proveniens; (2) catarrho obnoxius; (3) catarrhum ciens, seu cum catarrho conjunctus. Ab eod.

Καταῤῥοητικὸς, ἡ, ὸν, idem et ab eod.

Καταῤῥοϊτικὸς, id. quod καταῤῥυητικὸς, *Steph.*

Κατάῤῥοος, *contr.* κατάῤῥους, ου, ὁ, catarrhus, defluxio, destillatio; gravedo. A ῥόος.

Καταῤῥοπία, ας, ἡ, declivitas, cum quid deorsum vergit. A

Κατάῤῥοπος, ου, ὁ ἡ, declivis, deorsum vergens. A καταῤῥέπω.

Κατάῤῥους, idem quod κατάῤῥοος, *Ern.*

Καταῤῥοφέω, ῶ, f. ήσω, sorbillo, absorbeo.

Καταῤῥοώδης, ες, catarrhis obnoxius, gravedinosus.

Καταῤῥυέω, et

Καταῤῥύω, inus. idem quod καταῤῥέω, *Steph.*

Καταῤῥυθμέω, ῶ, fut. ήσω, quadro, ad numeros aptos redigo, conformo, fingo.

Καταῤῥυθμίζω, f. ίσω, idem.

Καταῤῥύομαι, defluo, descendo, de veste.

Καταῤῥυπαίνω, f. ανῶ, conspurco, contamino. Στωμυλόγα ῥήματα τοὺς λέγοντας πρώτους καταῤῥυπαίνει, *Plat.*

Καταῤῥυπόω, idem.

Κατάῤῥυτος, ου, ὁ ἡ, irriguus, qui defluente humore irrigatur; (2) abundans, copiosus. A καταῤῥέω.

Καταῤῥωδέω, ῶ, f. ήσω, extimesco, metu consternor. Unde plusq. perf. καταῤῥωδήκει, *Ion.* pro

pro καταῤῥωδήκει part. καταῤῥωδηκώς, *ap. Herod.*

Καταῤῥώξ, γὸς, ὁ ϗ ἡ, scopulus fractus fluctibus. Ὦ καταῤῥῶγες πέτραι, *Soph. Phil.* 937. A καταῤῥήγνυμι.

Κάταρσις, εως, ἡ, appulsus navium; (2) locus ubi naves appellunt, vel unde egrediuntur; (3) profectio, adventus. A καταίρω.

Καταρτάω, ῶ, f. ήσω, appendo; (2) apto. Ἕνα καταρτήσω ἐς τοῦτο κεῖνα πάντα, *Herodot.* Hinc

Κατάρτησις, εως, ἡ, coaptatio.

Καταρτίζω, f. ίσω, membrum luxatum loco suo repono; (2) instauro, reficio, resarcio; (3) perficio, absolvo; (4) struo, instruo; (5) accommodo, apte compono; (6) ex multis unum compono; (7) concilio, ad concordiam adduco. Καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν, *Matt.* 5, 12. Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, *Heb.* 10, 5. (2) κατηρτικὼς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τὰς ὑπὸ τἀδελφῷ καταλειφθείσας τριάκοντα ναῦς, *Polyb.* 3, 95

Κατάρτιον, τὸ, malus nauticus, *Hes. ex Hom.*

Καταρτισις, εως, ἡ, instauratio, perfectio.

Καταρτισμὸς, οῦ, ὁ, restauratio membrorum luxatorum in locum suum; (2) instauratio, reparatio, &c.

Καταρτιστὴρ, ῆρος, ὁ, compositor, conciliator, moderator.

Κατάρτυσις, εως, ἡ, conditio ciborum; (2) disciplina, institutio. A

Καταρτύω, fut. ύσω, compono, coagmento, instruo; (2) condio; (3) efficio. (3) ἢ καταρτύσων μολεῖν; an effecturus ut huc se conferat? *Soph. Œd. Col.* 71.

Καταρχαιρεσιάζομαι, muneribus seducor, corrumpor. Καὶ μὴ καταρχαιρεσιάζεσθαι πρὸς τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας, et non corruptum esse a cupiditate ditescendi, *Longin.* 44.

Καταρχαιρεσιάζω, ambiendo vinco, *sive*, malis artibus finem propositum adsequor.

Καταρχὰς, *adv.* ab initio. Ex ἀρχή.

Καταρχὴ, ῆς, ἡ, initium, exordium; (2) primitiæ; (3) libatio. Ex iisd.

Κατάρχυτα, præs. part. act. f. g. verbi

Κατάρχω, fut. ξω, prior, vel primus facio aut dico; ( ) incipio, inchoo; (3) auctor sum alicujus rei, exemplum præbeo; (4) præcentorem ago; (5) imperito, dominor; (6) κατάρχομαι. incipio, inchoo; (7) victimam ferio, libo. Ταύρῳ κορυφαίας χέρνιβας κατάρξεται ὁ χιλίαρχος, sacrificia, *Lycophr.* 309. Κατάρχομαι νόμων βακχείων, *Eur. Hec.* 680. Θανόντα δεσπότην γόοις κατάρξομαι, lamentis prosequi incipiam. *Eurip. Andr.* 1199.

Καταρωμένους, acc. pl. præs. part. med. *contr.* pro καταρχομένους, a καταράομαι.

Καταρῶνται, 3. pl præs. ind. med. *contr.* pro καταράονται.

Κατάσαρκος, ου, ὁ ϗ ἡ, carnosus, corpulentus, obesus. Ex σάρξ, caro. Hinc

Κατασαρκόω, ῶ, fut. ώσω, obesum reddo.

Κατασάττω, f. ξω, constipo, condenso.

Κατασβέννυμι, vel κατασβεννύω, fut. σβέσω, p. ἔσβεκα, extinguo; (2) sedo, restinguo. Ἐγὼ δὲ γ' ἵνα τὴν σὴν πύραν τοῦτο κατασβέσαιμι, *Aristoph. Lys.* 736. Ὅμοιος ὥστε πῦρ κατασβέσαι λάβρον, *Eur. Or.* 680.

Κατάσβεσις, εως, ἡ, extinctio. A præc.

Κατάσεισις, εως, ἡ, concussio. A

Κατασείω, fut. σείσω, decutio; (2) concutio, quasso; (3) terreo; (4) manu deorsum commota silentium præcipio, seu aliud signum do. Κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ, *Act.* 21, 40. τὴν χεῖρα, *Ib.* 19, 33.

Κατασημαίνω, fut. ανῶ, annoto, observo; (2) obsigno; (3) nota insignio.

Κατασήπω, f. ψω, tabefacio, putrefacio. Ἀλλὰ κατασέσηπας, ὥς γέ μοι δοκεῖς, *Aristoph. Plut.* 1035.

Κατασθμαίνω, de equo sæviente in frenum.

Κατασιγάζω, fut. άσω, silentium impero.

Κατασιγάω, ῶ, fut. ήσω, idem; (2) conticesco, sileo.

Κατασικελίζω, Siculum quid comedo. Verbum comice fictum ab Aristophane, τυρὸν κατεσικέλιζε, caseum Siculum devorabat.

Κατασιλλαίνω, ludibrio habeo, irrideo, dicteriis incesso, *Hippocr.*

Κατάσιμος, resimus, *Gl. V.*

Κατασινάζω, f. άσω, admodum lædo. A

Κατασίνομαι, idem.

Κατασιτέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, comedo, vescor.

Κατασιωπάω, ῶ, fut. ήσω, conticesco; (2) silentium impero; (3) sedo.

Κατασκάζω, f. άσω, claudico; (2) prosterno

Κατασκαίρω, f. αρῶ, desilio, salio.

Κατασκάπτω, fut. ψω, suffodiendo everto, diruo, everto. Κατασκάπτειν πόλιν, *Eur. Iph. in Au.* 63. Πατρῷα θ' ἑστία κατεσκάφη, *Hec.* 22.

Κατασκαριφάω, f. ῶ, vellico, pungo, fodio.

Κατασκαφὴ, ῆς, ἡ, eversio. A κατασκάπτω.

Κατασκαφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, dirutus, suffodiendo eversus. Ab eod

Κατασκεδάζω, fut. άσω, dispergo, dissipo; (2) diluo, refuto; (3) dissipo, v. gr. rumores; (4) offundo, defundo. Κατεσκέδασαν θερμὸν τοῦτο καθ' ὑμῶν αὐτῶν, *Aristoph. Av.* 542.

Κατασκεδάννυμι, et -νύω, idem.

Κατασκελετεύω, f εύσω, exsicco, arefacio, extenuo; (2) proprie carnem demo, ut sola ossa remaneant; sceleton efficio. (3) macero, absumo, contero. Ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις ἑαυτοὺς κατασκελετεύουσι, aliis nullius pretii disciplinis sese conterunt, *Plutarch. de Educat. Liberorum.*

Κατασκελέω, idem quod κατασκέλλω, seu κατασκελετεύω, *Hes.*

Κατασκέλλω, idem. Hinc

Κατασκελὴς, ὲς, tenuis, exsanguis, aridus, durus, rigidus.

Κατασκεπάζω, f. άσω, protego.

Κατασκέπτομαι, ψομαι, exploro; (2) provideo.

Κατασκευάζω, f. άσω, et -ομαι, instruo, adorno; (2) armis instruo, armo; (3) exstruo, exædifico; (4) adstruo, probo argumentis, confirmo; (5) instauro; (6) molior, machinor; (7) efficio, reddo; (8) comparo, adquiro; (9) fabricor, compono, conficio; (10) præparo; (11) suborno, immitto, ut exploratorem vel calumniatorem, *Etn.* Ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας Θεὸς, *Heb.* 3. 4. Πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος, *Ib.* Hinc

Κατασκεύασμα, ατος, τὸ, id quod structum est, molimen, machinamentum; (2) ædificium; (3) commentum, molimentum subdolum; (4) remedium excogitatum.

Κατασκευασμὸς, οῦ, ὁ, commentum, molimen tum subdolum. Ab eod.

Κατασκευαστὴς, οῦ, ὁ, structor, opifex:

Κατασκευαστικὸς, ἡ, ὸν, affirmandi vim habens, aptus ad confirmandum. Ab eod.

Κατασκευαστικῶς, *adv.* demonstratione.

Κατασκευαστὸς, ἡ, ὸν, exstructus, conditus, structilis; (2) compactus; (3) subornatus, appositus, submissus.

Κατασκευὴ, ῆς, ἡ, exstructio, structura, opificium; (2) structura, compositio, et artificium orationis; (3) constitutio; (4) institutum; (5) apparatus; (6) supellex, vasa et instrumenta domus vel fundi; (7) metatio castrorum; (8) adstructio, probatio, demonstratio. Ex σκευή.

Κατάσκεψις, εως, ἡ, contemplatio. A κατασκέπτομαι.

Κατασκέω, ῶ, fut. ήσω, exerceo; (2) erudio.

Κατασκηνάω, et κατασκηνάομαι, ῶμαι, tentorium defigo; (2) sedem et domicilium pono.

Κατασκηνόω, ῶ, f. ώσω, idem; (2) tentorium seu tabernaculum præbeo; (3) quiesco. Κατασκηνῶν ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, *Num.* 35, 34. ἐπ' ἐλπίδι, *Act.* 2, 26. ἐν τοῖς κλάδοις, nidulari, *Xen.* Hinc

Κατασκήνωμα, ατος, τὸ, idem quod

Κατασκήνωσις, εως, ἡ, tentoriorum seu tabernaculorum collatio; (2) tentorium, habitaculum; (3) nidus.

Κατασκήπτω, fut. ψω, impetu devehor, impetuose irruo; (2) corripio, invado. Κατέσκηψεν ἐς ἀγγέλους, *Herodot.* τῷ ἐόντι, *Aristot.* Κατασκήπτω λιταῖς ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους, *Soph. Col.* 1008. Πρὶν κατασκῆψαί τινα, *Eurip. Med.* 94 Hinc

Κατάσκηψις, εως, ἡ, invasio; (2) impetus, ut fulminis; (3) decubitus, *ap. Med.*

Κατασκιάζω, f. άσω, obumbro, opaco. Κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον, *Heb.* 9, 5.

Κατασκιάω, ῶ, idem. Hinc κατεσκίαον, *apud Hom. Od.* 12, 436, obumbrabant, tegebant.

Κατασκίδναμαι, dissipor.

Κατάσκιος, ου, ὁ ϗ ἡ, umbrosus, opacus. A σκιά.

Κατασκιόω, f. ώσω, idem quod *simp.*

Κατασκιῶσι, 3. plur. fut. *Att.* verbi κατασκιάω, pro κατασκιάσουσι, *Soph. Œd. Col.* 406.

Κατασκλῆμι, exaresco, contabesco; perf. κατέσκληκα, exarui, contabui; partic. κατεσκληκὼς, emaciatus, tabefactus.

Κατασκοπεύω, f. εύσω, idem.

Κατασκοπεία, ας, ἡ, exploratio, speculatio. A

Κατασκοπεύω, f. εύσω, exploro, speculor.

Κατασκοπέω, ῶ, f. ήσω, exploro, et quidem hostili animo; *unde* insidior. Παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, *Gal.* 2, 4.

Κατασκόπησις, εως, ἡ, exploratio. A præc.

Κατασκοπὴ, ῆς, ἡ, speculatio, exploratio; (2) specula. A κατασκέπτομαι. Hinc

Κατασκοπικὸς, ἡ, ὸν, speculatorius, exploratorius.

Κατασκόπιον, ου, τὸ, navis exploratoria.

Κατάσκοπος, ου, ὁ ϗ ἡ, explorator, speculator, index. A κατασκέπτομαι.

Κατασκυθρωπάζω, tristi, severo sum vultu. Ἀπέβλεψεν εἰς τὸν Νεεμίαν, καὶ κατεσκυθρωπακὼς θεασάμενος, *Joseph. Antiq.* 11, 6.

Κατασκώπτω, fut. ψω, cavillor, dictis mordacibus incesso.

Κατασμικρίζω, deprimo verbis, *Aristot.* (sed lectio dubia, *Ern.*)

Κατασμικρολογέω, ῶ, f. ήσω, parvi pendo; (2) parcum et illiberalem judico, obloquor, ut parco.

Κατασμικρύνω, fut. υνῶ, parvum reddo, imminuo; (2) extenuo, deprimo verbis.

Κατάσμυρνος, ου, ὁ ϗ ἡ, myrrhatus, myrrham redolens. A σμύρνα, myrrha.

Κατασμύξαι, 3. sing. a. 1. opt. act. verbi

Κατασμύχω, f. ξω, comburo, exuro.

Κατασμώχω, f. ξω, contero, contundo, minuo.

Κατασοβαρεύομαι, insolenter vel superbe me adversus aliquem effero.

Κατασοβέω, ῶ, fut. ήσω, abigo, propulso, expello; (2) persequor.

Κατασοφίζω, et κατασοφίζομαι, sophistice decipio, sophismate circumvenio; (2) fraudes et dolos machinor, dolose ago; (3) arte aliqua decipio, circumvenio. Pass. κατασοφίζομαι, decipior; aor. 1. part. κατασοφισθεὶς, deceptus. Οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, *Act.* 7, 19. Ὑπὸ τέχνιτου ῥήτορος σχηματίοις κατασοφίζεται, *Longin.* 17.

Κατασοφιστεύω, f. εύσω, eludo captiose verborum argutiis.

Κατασπάζομαι, fut. άσομαι, comiter accipio et amplector.

ΜΟΝΑΠΟΣ, ου, ὁ, Pæonibus monapus, *bestia.*

Μοναρχέω, ῶ, f. ήσω, solus impero, solus dominor; *pass.* μοναρχεῖσθαι dicitur regio quæ unius duntaxat imperio subest. A μονάρχος.

Μονάρχης, ου, ὁ, monarcha, qui solus imperat. Ex μόνος et ἀρχή.

Μοναρχία, ας, ἡ, monarchia, unius dominatus seu imperium. *Ph.* dictatura.

Μοναρχικὸς, ἡ, ὸν, ad monarchiam seu monarcham pertinens; (2) monarchiæ favens; (3) monarchiam adfectans. *Gl. V.* μοναρχικὸν, dictatorium. A

Μόναρχος, ου, ὁ καὶ ἡ. Vide μονάρχης.

Μονὰς, άδος, ἡ, unitas, unio; (2) unum punctum in tesseris; (3) atomus; (4) *sola.* (4) ἔλιπες ἐπακτρίδα μ' ὡσεὶ μονάδα, reliquisti me tanquam navem solam solitariam, *Eurip. Andr.* 854. Sic emendat Brunck. pro ἐπακτίαν ὡσεὶ μονάδα. A μόνος.

Μοναστήριον, ου, τὸ, monasterium, locus ubi vita solitaria agitur. A

Μοναστὴς, οῦ, ὁ, homo qui solus degit, solitarius. A μονάζω.

Μοναστικὸς, ἡ, ὸν, ad homines solitarios pertinens; (2) solitarius. A μοναστής.

Μονάστρια, ας, ἡ, mulier solitaria, quæ vitam solitariam agit, monialis. Ab eod.

Μονάτωρ ἵππος, equus desultorius, singulator, *Schol. Aristoph.* A μόνος.

Μοναυλέω, ῶ, fut. ήσω, tibia una cano.

Μοναυλία, ας, ἡ, vita solitaria, cælibatus.

Μοναύλιον, ου, τὸ, organum quoddam tibiale unius cantus. A

Μόναυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, tibia simplicem auram edens, quam invenerunt Ægyptii; (2) ejusmodi organo utens; τὸ μόναυλον, unius tibiæ modulatio. Ex μόνος et αὐλὸς, *tibia.*

Μόναυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui solus stabulatur, seu habitat. Ex μόνος et αὐλή.

Μοναχῆ, *adv.* unice, uno tantum modo.

Μοναχικὸς, ἡ, ὸν, ad solitarios homines pertinens, monasticus.

Μοναχόθεν, *adv.* ex una tantum parte. A

Μοναχὸς, ἡ, ὸν, unus; (2) solitariam degens vitam, homo solitarius, monachus. A μόνος.

Μοναχοῦ, *adv.* tantummodo. A μοναχός.

Μοναχῶς, *adv.* unice, uno modo, singulariter. Ab eod.

Μονέντερον, ου, τὸ, magnum intestinum, colum. Ex μόνος et ἔντερον.

Μονὴ, ῆς, ἡ, mansio, quies, desidia, mora; (2) monasterium. A μένω.

Μονηΐς, ἡ, solitaria, *Man.*

Μονήκοιτος, ὁ καὶ ἡ, cælebs. A κοίτη.

Μονήλατος, compactus. Κράνος μονήλατον, solida, *Heliodor.* 9.

Μονημέριος, ία, ιον, diarius, qui est unius diei. *In Epigr.* μονημέριον, ου, unius diei spectaculum, *Rob.* Ex μόνος et ἡμέρα.

Μονήμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex iisd.

Μονήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, solitarius, solivagus.

Μονήρης ναῦς, et μονῆρες πλοῖον, uniremis navis, simplicem remorum ordinem habens. Ex μόνος et ἐρέσσω, *remigo.*

Μονθύλευσις, plur. μονθυλεύσεις, exquisitorum ciborum apparatus, *Poll.* Vide ἐνθύλευσις.

Μονθυλευτὴς, οῦ, ὁ, coquus, ciborum exquisitorum parandorum artifex. A

Μονθυλεύω, exquisite condio cibos.

Μονίας, ου, ὁ, sobrius, *Hes.* A μόνος, vel a μένω, *Ern.*

Μόνιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, constanter manens, stabilis, immobilis, stabili sede degens; sedulus, officiosus, *Ph.* Hinc τὸ μόνιμον, ου, constantia. A μονή. Hinc

Μονιμότης, ητος, ἡ, constantia, stabilitas.

Μονίμως, *adv.* constanter, stabiliter.

Μονιὸς, οῦ, ὁ, vel μόνιος, ου, ὁ, solitarius, solivagus, silvestris, ferus; *impr.* dicitur de apro. A μόνος.

Μόνιππος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui uno equo utitur; (2) qui singulari equo vectus cursu certat, singulator. Ex μόνος et ἵππος.

Μονοβάλανος, ον, epith. clavis, unum dentem habens.

Μονοβάμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, solus incedens, *R.* Ex μόνος et βαίνω.

Μονόβιβλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui uno constat libro; τὰ μονόβιβλα, libri singulares, *R.*

Μονόβολον, τὸ, unum truncum habens.

Μονογαμέω, ῶ, fut. ήσω, semel tantum uxorem duco.

Μονογαμία, ας, ἡ, status quum quis semel tantum duxit uxorem, *Suicer.* A

Μονόγαμος, ὁ καὶ ἡ, qui unas tantum nuptias contraxit; semel tantum uxorem habuit.

Μονογενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, singularis, unigenitus; unigena, *Ph.* A γένος.

Μονογενῶς, *adv.* unice, maxime, præcipue.

Μονόγληνος, ου, ὁ καὶ ἡ, unoculus, *Hes.*

Μονόγλωσσος, vel μονόγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui una tantum utitur lingua. A γλῶσσα.

Μονογνώμονες, qui unius sunt sententiæ, vel ab una sententia pendent. A γνώμη.

Μονόγονος, *Poet.* μουνόγονος, ου, ὁ καὶ ἡ, unigenitus, *R.* Κούρην μουνογόνην ἥρπαξεν ἀπ' Αἰτναίοιο πάγοιο, *Oppian. de Piscatu*, 3, 488. Ex μόνος et γίνομαι.

Μονογράμματος, ου, ὁ καὶ ἡ, unica litera constans, v. gr. syllaba. Ἂν μὴ εἴπῃ τις τὰς μονογραμμάτους, *Longin. Fragm.* 3, 13. Ex γράμμα.

Μονόγραμμος, ου, ὁ καὶ ἡ, quasi delineatus tantum, non additis reliquis quæ picturam absolvunt; dicitur et de macilento, extenuato deformique, seu subtili nimis. *Apud Cic.* Epicuri Dii monogrammi vocantur. A γραμμή.

Μονοδάκτυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui unum tantum digitum habet.

Μονοδέρκτης, ου, ὁ, qui unum tantum oculum habet; unoculus. Θητεύω Κύκλωπι τῷ μονοδέρκτᾳ, *Euripid. Cyclop.* 77. A δέρκω.

Μονοδιαιτασία, ας, ἡ, solitaria vivendi ratio. Ex μόνος et διαιτάομαι

Μονόδους, οντος, ὁ καὶ ἡ, qui unicum habet dentem; qui unum os habet dentium loco.

Μονόδροπον φυτὸν, planta unicum truncum habens, *R.* Ex μόνος et δρέπω, *carpo.*

Μονοειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, unam formam habens, uniformis. Ex μόνος et εἶδος.

Μονοειδῶς, *adv.* una forma.

Μονοείμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, una tantum tunica seu veste indutus. Ex μόνος et εἷμα.

Μονοζυγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qu. dic. unijugis; unicus; μονοζυγὲς σάνδαλον, *in Epigr.* unum calceamentum. Ex μόνος et ζυγός.

Μονόζυξ, υγος, ὁ καὶ ἡ, qu. dic. unijugis, unicus

Μονόζωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, unam zonam habens; μονόζωνοι, *apud Suid.* honoratiores, milites cingulo a cæteris distincti; *op. LXX.* milites expediti, fortes. Unde et latrunculi. Ex μόνος et ζώνη.

Μονόζωστος. Vide μονόζωνος, *Ath.*

Μονοήμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui unius est diei, diarius. Ex μόνος et ἡμέρα.

Μονοθελῆται, hæretici, qui Christo unam tantum tribuebant voluntatem. Ex θέλω.

Μονοθρηνέω, ῶ, fut. ήσω, solus lamentor.

Μονόθυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui unas tantum habet fores, qu. dic. uniforis, univalvis. Apud *Aristot.* μονόθυρον est genus concharum unifore et univalve. A θύρα.

Μονοίκητος, ον, solitarius. Ab οἰκέω.

Μόνοιμος, solus. Ἀλλ' ἦ μόνοιμοι, πάτερ, ἔφη, καὶ οἷοί περ ἐντεῦθεν ἐξωρμήκατε, πάλιν ἐπάνιτε; *Heliodor.* 6.

Μονοκάλαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui unum habet calamum.

Μονόκαμπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, unum habens flexum; de pedum digitis, *Aristot.*

Μονόκαυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, unicaulis, *Gl. V.* unico vel simplice caule constans.

Μονοκέρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui unum modo cornu est; uno modo cornu armatus. Ex μόνος et κέρας.

Μονόκερως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, idem; (2) monoceros, seu unicornis, animal quoddam quadrupes

Μονοκέφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, unum caput habens.

Μονόκλαυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ab uno tantum lugetur, *R.* Ex μόνος et κλαίω.

Μονοκληρονόμος, ου, ὁ καὶ ὁ, qui unus hæres est, nullos habens cohæredes.

Μονόκλωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, unum ramulum habens. Ex μόνος et κλών.

Μονοκοίλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, unum ventrem habens. Ex μόνος et κοιλία.

Μονοκοιτέω, ῶ, solus cubo. A κοίτη.

Μονόκοκκος, ου, ὁ καὶ ἡ, unum granum habens. Hinc τὸ μονόκοκκον, ου, unio, margarita. *Gl. V.* μονόκοκκα, uniones.

Μονοκόνδυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, unum modum seu tuber habens.

Μονοκότυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, de polyporum quodam genere, qui unum cavum habet in cirris, seu flagellis, in quo unum tantum acetabulum est. Ex μόνος et κοτύλη

Μονοκρατορία, ας, ἡ, unius imperium, monarchia, *Suid.* A

Μονοκράτωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, qui solus rerum potitur; qui solus imperium obtinet. Ex μόνος et κρατέω.

Μονοκρηπὶς, ῖδος, ὁ καὶ ἡ, unam tantum crepidam habens, uno tantum calceo indutus.

Μονόκροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui uno tantum pulsu movetur; μονόκροτος ναῦς, navis quæ uno remorum ordine (uno remo, *Ern.*) impellitur.

Μονόκυκλος, ου, ὁ καὶ ἡ, unum circulum seu orbem habens.

Μονόκωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, uno colo seu membro constans; (2) uno artu porrectus; (3) unam tantum contignationem habens. Ex μόνος et κῶλον.

Μονόκωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, uno remo utens. Ex μόνος et κώπη.

Μονολέκιθος, ου, ὁ καὶ ἡ, unum vitellum habens.

Μονολεχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui solus cubat, *Ph.* unicuba. Ex μόνος et λέχος.

Μονολήκυθος, ὁ, ἡ, unam modo ampullam habens.

Μονολήμματος, ου, ὁ καὶ ἡ, una sumptione constans, genus syllogismi. A λῆμμα.

Μονόλιθος, ου, ὁ καὶ ἡ, ex uno lapide factus, uno lapide constans.

Μονολογία, ας, ἡ, soliloquium, *Gl. V.* A

Μονολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, soliloquus, *Gl. V.*

Μονόλοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, una tantum tunica aut uno cortice tectus.

Μονόλυκος, ου, ὁ, lupus solitarius, solivagus.

Μονόλωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, unam vestem habens.

Μονόμαζος, ἡ, unam mammam habens, epith. Amazonum.

Μονομάτωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, matre privatus vel privata. Μονομάτορος ἐδυρμῶν ἐμῶν ἄχεσι συνῳδός, *Eurip. Phœn.* 518.

Μονομαχεῖον, ου, τὸ, idem quod μάχιον.

Μονομαχέω, ῶ, fut. ήσω, singulari certamine pugno. Χωρὶς μονομαχεῖν παντὸς στρατοῦ, *Eur. Ph.* 1226. Μονομαχεῖ ἡ φύσις μετὰ τοῦ νοσήματος, *Al. Aph.* A μονομάχος.

Μονομάχης, ου, ὁ, idem quod μονόμαχος· plur. μονομάχαι, *Clem. Alex.* Ab eod.

Μονομαχία, ας, ἡ, singulare certamen, *Ph.* gladiatorium. *Al. Gl. V.* duellum. Ab eod.

Μονομαχικὸς, ἡ, ὸν, gladiatorius.

Μονομάχιον, ου, τὸ, idem quod μονομαχία, *Ph.* assarium.

Μονομάχος, ου, ὁ καὶ ἡ, singulari certamine pugnans, gladiator. Μονομάχος φρὴν, cogitatio singularis prœlii, *Eurip. Phœn.* 1309. Ex μόνος et μάχη.

Μονομαχοτροφεῖον, ου, τὸ, ludus gladiatorius. Ex μονομάχος et τρέφω.

Μονομαχοτρόφος, ου, ὁ, lanista, *Ph.* Ex iisd.

Μονομέρεια, ας, ἡ, quum inaudita altera parte aliquid facimus seu judicamus. A

Μονομερὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, unius partis, simplex. Ex μόνος et μέρος.

Μονομερῶς, *adv.* ex una tantum parte, non in universum, simpliciter.

Μονόμετρος, ον, uno pede constans, sc. versiculus scenicus.

Μονομήτωρ, ὁ, ἡ, privatus matre, *Schol. Eur.* solam matrem superstitem habens.

Μονόμιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, simplici licio seu filo textus.

Μονόμματος, ου, ὁ ϗ ἡ, unoculus, *in Epigr.*

Μονόμορφος, ου, ὁ ϗ ἡ, uniformis, *R.* Ex μόνος et μορφή.

Μονόμοσχος, ου, ὁ ϗ ἡ, singularem habens pediculum, *Suicer.*

Μόνον, *adv.* solum, tantum, duntaxat.

Μονονὰ, fere, propemodum, tantum non.

Μονονὰι, *adv.* idem.

Μονονουχὶ, *adv.* idem.

Μονόξοος, ου, ὁ ϗ ἡ, unicam et simplicem fissuram habens. Ex μόνος et ξέω.

Μονόξυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex uno ligno confectus; monoxylon, navigium ex unica arbore cavatum. *Gl. V.* μονόξυλον, linter; (2) unicum truncum habens, de virgulto, arbore

Μονοούσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, solus in suo genere, et nihil substantiæ suæ simile habens; ut luna, sol, cœlum. Ex μόνος et οὐσία.

Μονοπάθεια, ας, ἡ, adfectus et morbus unus. Ex μόνος et πάθος.

Μονόπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, unigena, item unum modo filium vel filiam habens. Ὦ κόρος ὤχετ' ἐν δόμοισι μονόπαις, *Eurip. Alc.* 907.

Μονοπάτιον, ου, τὸ, semita, seu via, per quam tantum uni patet incessus. A πάτος.

Μονοπέδιλος, ου, ὁ ϗ ἡ, uno indutus calceo. Ex πέδιλον.

Μονοπεῖραι λύκοι, lupi qui non cum aliis, sed seorsum prædantur; a μονοπείρης, ου, ὁ. Ex πεῖρα.

Μονόπελμος, ου, ὁ, calceus qui unam tantum soleam habet. Μονόπελμον συκχίδα, *Anthol. Reisk.* 56.

Μονόπεπλος, ου, ὁ ϗ ἡ, uno simplici peplo indutus. Αἰχμὴ δὲ φίλα μονόπεπλος λιποῦσα, *Eurip. Hec.* 933.

Μονόπηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam tantum habens peram. Ex μόνος et πήρα.

Μονόπλευρος, ον, unum latus habens.

Μονοπόδιον, ου, τὸ, mensa, sedile, vel simile quidpiam, unum tantum habens pedem. A

Μονόπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, unum tantum habens pedem. *Gl. V.* unipes.

Μονοπραγματέω, ῶ, fut. ήσω, unam rem curo, non alienis rebus me immisceo. Ex μόνος et πρᾶγμα.

Μονοπρόσωπος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui unius solum personæ est; ut μονοπρόσωπος ἀντωνυμία, pronomen unius personæ, ut ἐκεῖνος.

Μονοπροσώπως, *adv.* sub una tantum persona.

Μονόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam tantum habens pinnam. Ex μόνος et πτερόν.

Μονόπτωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, unum tantum habens casum. Ex μόνος et πίπτω.

Μονοπωλέω, ῶ, fut. ήσω, solus quidpiam vendo, monopolii jus ad me rapio, *Strab.* A

Μονοπώλης, ου, ὁ, qui solus aliquid vendit, qui arbitrium vendendi habet.

Μονοπωλία, ας, ἡ, privilegium quo quis solus quidpiam vendere potest, monopolium.

Μονοπώλιον, ου, τὸ, idem et ab eod.

Μονόπωλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui uno equo vehitur. Μονόπωλον ἐς Ἀῶ, *Eurip. Or.* 1004. Ex μόνος et πῶλος.

Μονόῤῥιζος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam vel simplicem habens radicem. Ex μόνος et ῥίζα.

Μονόῤῥυθμος, ον, epith. domus quæ ab uno incolitur, *ap. Æsch.*

Μονόρχις, εως, ὁ, qui unum tantum testiculum habet. *Gl. V.* unitestis, unicoleus.

ΜΟΝΟΣ, μόνη, μόνον, solus, unus; (2) singularis, simplex; (3) desertus, separatus, sejunctus; (4) cælebs, viduus. (3) ἀνδρῶν γε μόνος, incomitatus, *Soph. Œd. Col.* 1250. Σοῦ μόνος, te orbatus, *Id. Aj.* 511.

Μονοσάνδαλος, ὁ ϗ ἡ, uno calceo indutus.

Μονόσιροι ὄρνεις, Alexandriæ in Ægypto sunt gallinæ, e quibus galli pugnaces nascuntur, bis et ter ova foventes; *ut est in Geopon.* 14. Sunt qui Indicas gallinas vulgo dictas interpretentur.

Μονοσιτέω, ῶ, fut. ήσω, semel per diem cibum sumo; (2) solus edo.

Μονοσιτία, ας, ἡ, quum quis semel per diem cibum sumit; (2) quum quis solus et sine conviva vescitur. A

Μονόσιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui semel per diem cibum capit; (2) solus et sine conviva cibum capiens, tenui victu ob paupertatem utens; hinc etiam parasitus. Ex μόνος et σῖτος.

Μονοσκελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, sive μονόσκελος, ου, ὁ ϗ ἡ, unum tantum crus habens. Ex μόνος et σκέλος.

Μονόσκηπτρος, ου, ὁ ϗ ἡ, solus sceptrum gerens, monarcha. Ex μόνος et σκῆπτρον.

Μονόστεγος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam contignationem habens, *R. Suicer.*

Μονοστέλεχης, εος, ὁ ϗ ἡ, sive μονοστέλεχος, ου, ὁ ϗ ἡ, unum a radice caudicem habens. Ex μόνος et στέλεχος.

Μονόστεος, seu μόνοστος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex uno osse constans. Ex μόνος et ὀστέον, ος.

Μονοστιβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, solus iter faciens, sine comitibus, satellitibus. A στείβω.

Μονόστιχος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex uno versu seu ordine constans; τὸ μονόστιχον, unus versus.

Μονόστολος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam stolam habens; (2) solus et desertus, qui solus missus est, qui solus it. (2) λόχων ἀνάσσειν, ἢ μονοστόλου δορός; *Eurip. Phœn.* 749. Λείπομαι φίλος μονόστολός τε ματρὸς, *Eurip. Alc.* 407. Ex στολὴ, vel στέλλω.

Μονόστομος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam habens aciem, altera tantum parte scindens. Ex στόμα.

Μονοστόρθυγξ, γγος, ὁ, epith. Priapi.

Μονόστος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex uno osse constans, *Aristot.* Ex μόνος et ὀστέον.

Μονοστροφικὸς, ὴ, ὸν, idem quod

Μονόστροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, ut μονόστροφος ᾠδὴ, oda unam habens stropham. *Apud Theophr.* μονόστροφον ἅμαξα, *Gaza interprete*, plaustrum simplicis verticis. A στροφή.

Μονοσυλλαβέω, per unam syllabam pronuncio.

Μονοσύλλαβος, ου, ὁ ϗ ἡ, una tantum syllaba constans. Ex μόνος et συλλαβή.

Μονοσυλλάβως, *adv.* una syllaba.

Μονότεκνος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam tantum habens prolem. Ex μόνος et τέκνον.

Μονότης, ου, ὁ, solitarius; rectius μονώτης.

Μονότης, ητος, ἡ, unitas; (2) vita cælebs, cælibatus, *Suicer.* A μόνος.

Μονοτοκέω, ῶ, fut. ήσω, unum uno partu edo, *Suic.*

Μονοτοκία, ας, ἡ, partus quo una proles tantum editur, *Suicer.* A

Μονοτόκος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam prolem edens. Ex μόνος et τίκτω.

Μονοτονία, ας, ἡ, unus idemque tenor; (2) contumacia, pertinacia, pervicacitas. A

Μονότονος, ου, ὁ ϗ ἡ, uno tenore procedens; (2) contumax, pervicax, pertinax, *Ph.* Ex μόνος et τείνω.

Μονοτόνως, *adv.* uno eodemque tenore.

Μονοτράπεζος, ου, ὁ ϗ ἡ, pauper, solus cibum capiens. Ξένια μονοτράπεζά μοι παρέσχον, mensam hospitalem mihi soli præbuerunt, *Eurip. Iphig. in Taur.* 949. Ex μόνος et τράπεζα.

Μονότροπος, ου, ὁ ϗ ἡ, unius modi, simplex; unius sensus, *Gl. V.* (2) solitarius; (3) cælebs; (4) austerus, contumax. (2) βοτηρά τ' ἀμφὶ μονότροπον νεανίαν, *Eurip. Andr.* 281.

Μονοτρόπως, *adv.* uno ac singulari modo.

Μονοτροφέω, ῶ, fut. ήσω, unum pasco, nutrio. *pass. med.* solus pascor. Ex μόνος et τρέφω.

Μονοτροφία, ας, ἡ, nutritio unius animalis; (2) pastus solitarius. Ex iisd.

Μονότροχος, carruca, *Gl. V.*

Μονουχία, ας, ἡ, vita solitaria, cælibatus. Ex μόνος et ἔχω.

Μονοφαγέω, ῶ, fut. ήσω, solus comedo, nemine ad cœnam invitato.

Μονοφαγία, ας, ἡ, quum quis solus comedit, neminemque ad cœnam invitat.

Μονοφαγίστατος, ου, ὁ, superl. sequentis.

Μονοφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui solus cibum capit.

Μονοφαλαγγία, ας, ἡ, una phalanx, *R.*

Μονόφαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, solus apparens. Ex μόνος et φαίνομαι.

Μονόφθαλμος, ου, ὁ ϗ ἡ, unum oculum habens, unoculus; luscus, *Phil.*

Μονόφθογγος, ου, ὁ ϗ ἡ, unum sonum habens.

Μονοφορβὸς, ου, ὁ ϗ ἡ, solus pascens. Ex μόνος et φορβή.

Μονόφρουρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex una tantum parte munitus; (2) ab uno custoditus. Ex μόνος et φρουρά.

Μονόφρων, ὁ ϗ ἡ, sui sensus atque judicii.

Μονοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, unius naturæ, simplex, non geminus; (2) simplicem stirpem habens. Ex μόνος et φυή.

Μονόφυλλος, ου, ὁ ϗ ἡ, unum folium habens.

Μονόφυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, unius generis, *R.* Ex μόνος et φυλή.

Μονοφυσῖται, ῶν, οἱ, hæretici, unam in Christo naturam statuentes. Ex φύσις.

Μονοχάλινος, ου, ὁ ϗ ἡ, uno fræno utens.

Μονόχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, unum habens manum; unimanus, *Gl. V.*

Μονόχηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, solidam et non fissam habens ungulam. Ex μόνος et χηλή.

Μονοχίτων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, unam tunicam gerens.

Μονοχιτωνέω, ῶ, unam tunicam gero. A præc.

Μονόχορδος, ου, ὁ ϗ ἡ, una intentus chorda. Ex μόνος et χορδή.

Μονόχρονος, ον, unum tempus habens; dicitur de una syllaba eademque brevi; nam longæ sunt δίχρονοι, *Longin. Fragm.* 3, 14.

Μονόχροος, *contr.* μονόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, unicolor, qui unius ejusdemque coloris est. Ex μόνος et χρόα.

Μονοχρώματος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex μ. et χρῶμα.

Μονόχρωμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisdem.

Μονόχρως, ὁ ϗ ἡ, idem. neut. τὸ μονόχρων.

Μονόψηφος, ου, ὁ ϗ ἡ, unius suffragii, *R.*

Μονόω, ῶ, fut. ώσω, solum relinquo, desero, destituo; (2) ad unum redigo, unum, solum reddo; μονόομαι, οῦμαι, relinquor; aor. 1. part. μονωθεὶς, solus relictus; perfect. part. μεμονωμένος, solitarius, destitutus. *Gl. Vet.* solus. Οἴ μοι, τί δράσω δῆτα σοῦ μονούμενος; *Eur. Alc.* 377. διπτοτῶν, *Id. Rhes.* 872. Μονωτεὶς, solutus, *Æsch. Socr.* 3, 17. A μόνος.

Μονῳδέω, ῶ, fut. ήσω, solus canticum recito; (2) solus lamentor, carmen flebile cano; (3) lugeo. A μονῳδός.

Μονῳδία, ας, ἡ, cantio solitaria, monodia, cum unus tantum in scena canticum recitat, et non simul chorus Ab eodem.

Μονῳδὸς, οῦ, ὁ, poeta, qui sub una tantum persona argumentum aliquod exponit; (2) qui solus cantat sine choro. Ex μόνος et ᾠδὸς, cantor.

Μονωθεὶς, aor. 1. part. pass. verbi μονόω.

Μονῶνυξ, χος, ὁ ϗ ἡ, solidas ungulas habens, cujus ungulæ solidæ sunt, et individuæ. Ex μόνος et ὄνυξ.

Μονώνυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Μόνως, *adv.* solum, tantum. A μόνος.

Μόνωσις, εως, ἡ, desolatio; (2) solitudo, singularitas, unitas. A μονόω.

Μονώτατος, solus omnium. A μόνος.

Μονώτης, ου, ὁ, solitarius, fem. μονῶτις, ιδος, solitaria. A μονόω. Hinc

Μονωτὶ, *adv.* clam, solitario, *Vulg. Lex.*

Μόνωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, unam aurem habens; (2) unam ansam habens. Ex μόνος et οὖς.

Μονώψ, ῶπος, ὁ, unoculus. Ab ὤψ.

Μόνωψ, ωπος, ὁ, bonasus, alias μόναπος, *Ælian.*

Μόρα, ας, ἡ, mora, militum agmen apud Lacedæmonios. A μοῖρα. pars.

Μόργιον, *Hes.* μέτρον γῆς, ὅ ἐστι τὸ πλέθρον, jugerum.

Μοργνύω, abstergo. Vide ὀμοργνύμι.

Μόργος, vel μοργὸς, septum, crates in curru.

Μορέα, ας, ἡ, morus, arbor.

Μορέω, ῶ, laboro, adfligor, *Hes.* (2) divido, sortior.

Μόρημα, τὸ, ramentum, cumulus, *V. L.*

Μορία, ας, ἡ, pars, *Hes.* A μοῖρα.

Μορία, ας, ἡ, olea sacra. Ab eod.

Μόριμος, ου, ὁ ϗ ἡ, fatalis. A μόρος.

Μόριον, ου, τὸ, particula, portiuncula; pars, pars corporis; membrum genitale, *Gl. V.* μόρια, genitalia. Philosophi sic vocant et

 speciem

speciem subjectam generi, unde et a Cicerone pars vocatur, *Ern.* Ab eod.

Μόριος, ρία, (*Ion.* μορίη,) ριον, partialis, *in Epigr.* Κύκλος λεύσσει νιν Μορίου Διὸς, *Soph. Œd. Col.* 704. Ab eod.

Μόριος Ζεὺς, Jupiter Morius, i. e. inspector sacrarum olearum, *Soph. Œd. Col.* 697. A μορία. Unde

Μορὶς, ίδος, ἡ, pars, portio; *ex Herod.*

Μορμολύκειον, vel μορμολυκεῖον, ου, τὸ, larva, seu persona tragicorum et histrionum; (2) spectrum, terriculamentum. A μορμώ.

Μορμολύκη, ης, ἡ, idem. Ab eod.

Μορμολύττομαι, territo, perterrefacio, et proprie quidem larvis et similibus terriculamentis; (2) formido, metuo. Πότερα Λυδὸν, ἢ Φρύγα, ταυτὶ λέγουσα, μορμολύττεσθαι δοκεῖς; *Aristoph. Av.* 1250. Ab eod.

Μορμορωπὸς, ut μορμορωπὰ ῥήματα, verba terrifica, *Aristoph. Ran.* 1040. Ex μορμὼ et ὤψ.

ΜΟΡΜΥ´ΛΟΣ, ου, ὁ, piscis quidam marinus.

Μορμυρίζω, fut. ίσω, aquæ strepitum refero. *Gl. V.* murmuro. A μορμύρω.

ΜΟΡΜΥ´ΡΟΣ, ου, ὁ, mormyra, piscis quidam marinus; *item* μορμυρίων, unde Mirmillones putantur nomen habere.

ΜΟΡΜΥ´ΡΩ, murmuro, *proprie* ut fluvius cum strepitu fluens; (2) inundo. Ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος, *Iliad.* 18, 403. Τῇ δ' ἐπὶ Σαρδόνιος μορμύρεται ἐγγύθι πόντος, *Dion. Per.* 82.

Μορμυρωπὸς, οῦ, ὁ, solis epithetou, ubi ex defectu subobscurus est, aut sanguineus.

Μορμύσσομαι, terreo. A μορμώ.

ΜΟΡΜΩ´, όος, *contr.* οῦς, ἡ, Mormo, mulier horrendo adspectu et terrifico; (2) larva, terriculamentum, *Gl. Vet.*

Μορμὼν, ῶνος, ἡ, idem.

Μορμωτὸς, ἡ, ὸν, terrificus. Τὸν ὠδίνοντα μορμωτὸν λόχον ἀναψαλάξῃ, gravidum terribili cohorte pertundet, *Lycophr.* 342.

Μόρξαι, aor. 1. inf. act. verbi μόργνυμι.

Μορόεις, όεσσα, όεν, fatalis, exitiosus, mortifer; (2) elaboratus, multo cum labore confectus. A μόρος.

Μόρον, ου, τὸ, morum, fructus mori arboris.

Μοροπονέω, ῶ, fatalibus calamitatibus premor.

Μόρος, ου, ὁ, portio; (2) fatum, mors, lethum; (3) sors. A μείρω.

ΜΟ´ΡΟΧΘΟΣ, ου, ὁ, lapis quidam Ægyptius, quo utebantur ad vestes dealbandas.

Μόρσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, fatalis. *Gl. V.* fatifer; μόρσιμον, fatale, *Ph.* A μόρος.

Μορτὴ, vel μόρη, pars quæ solvitur ex fructibus; pars fructuum quam colonus a domino accipit, *Poll. Hes.*

ΜΟΡΥ´ΣΣΩ, inquino, contamino, fœdo; ut hinc sit μεμορυγμένα, perf. pass. part. f. g. inquinata, *Od.* 13, 435.

Μόρυχος, ου, ὁ, cognomen Bacchi apud Siculos, quod in vindemia ejus facies musto et virentibus ficis oblini consuevit.

Μορφάζω, f. άσω, nuo, annuo, *Hes.* (2) gestus fingo in saltatione; *alias etiam* vultum varie fingo. A μορφή. Hinc

Μορφασμὸς, οῦ, ὁ, conformatio insolens vultus et gestuum; genus saltationis mimicæ, quo diversorum animalium motus repræsentabantur.

Μορφεὺς, έως, ὁ, Deaster gentilium, Somni filius, dormientibus varias rerum formas objiciens. A

ΜΟΡΦΗ´, ῆς, ἡ, forma, species oris. Hinc

Μορφήεις, ήεσσα, ῆεν, *Dor.* μορφάεις, formosus, *R.*

Μορφίζω, *Ammon. male pro* μορφάζω.

Μορφνοῖο, gen. sing. *Ion.* pro μορφνοῦ. A

Μορφνὸς, ή, ὸν, obscurus, tenebricosus, *Suid.* (2) flavus, fulvus, *Hes.* (3) ὁ μορφνὸς, aquila quædam *apud Aristot. Gl. V.* ὁ μορφνὸς, ἄγροικον ὄρνεον, (ruralis avis) emussulus. Ab ὀρφνὸς, idem.

Μορφοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, formalis. Ex μορφὴ et εἶδος.

Μορφοποιέω, ῶ, fut. ήσω, formam facio, formo, conformo; μορφοποιοῦμαι, formor, formam accipio. Ex μορφὴ et ποιέω.

Μορφοποιΐα, ας, ἡ, efformatio. Ex iisd.

Μορφοσκοπέω, ῶ, formam specto.

Μορφόω, ῶ, fut. ώσω, formo, figuro; aor. 1. pass. ἐμορφώθην· μορφωθῇ, in conjunct. formetur; μεμορφωμένος, perf. part. informatus. Ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, *Gal.* 4, 19. A μορφή. Unde

Μορφύνω, formam lenociniis exorno, *Hes.*

Μορφὼ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, cognomen Veneris apud Lacedæmonios, calyptram et pedicas habentis. A μορφή.

Μόρφωμα, ατος, τὸ, forma, species, somnium, spectrum. Κύκνου μορφώματ' ὄρνιθος λαβὼν, *Eurip. Helen.* 19. A μορφόω.

Μόρφων, ωνος, ὁ, personatus. Ab eod.

Μόρφωσις, εως, ἡ, formatio, figuratio; (2) forma, imago:

Μορφωτικὸς, ἡ, ὸν, qu. dic. formativus, formandi vim habens:

Μορφώτρια, ας, ἡ, formatrix. Ἡ σῶν μορφώτρια, (Circe,) *Eurip. Troad.* 437. A μορφόω.

Μόσποι, dii Babylonii, quibus mense Maio in Epheso victimæ cædebantur.

ΜΟ´ΣΣΥΝ, vel μόσυν, υνος, ὁ, turris, propugnaculum; (2) turris lignea, propugnaculum ligneum, *proprie* domus.

Μοσσύνοικοι, vel μοσύνοικοι, Mosynœci, gens Pontica in ædibus ligneis habitans. A præc. Unde Μοσσυνοικικός.

Μόσσυνος, ὁ, idem quod μόσσυν.

Μοσχάριον, ου, τὸ, parvus vitulus, vitulus tenellus. Dim. a μόσχος.

Μοσχὰς, άδος, ἡ, bucula, vitula, juvenca, vacca, *Gl. V.* Ab eod.

Μοσχέη, *contr.* μοσχῆ, ῆς, ἡ, scil. δορὰ, pellis vitulina. Ab eod.

Μοσχεία, ας, ἡ, surculorum plantatio. *Ph.* plantatio. A μοσχεύω.

Μόσχειος, ου, ὁ καὶ ἡ, vitulinus; μόσχειον, vitulina, *Gl. V.* et pl. μόσχεια, vitulina, *Gl. V.* A μόσχος.

Μόσχευμα, ατος, τὸ, surculus, qui ex arbore demptus plantatur; stolo, tenella planta. *Gl. V.* propago. A μοσχεύω.

Μοσχευματικὸς, malleolaris, *Gl. V.* A præc.

Μοσχεύω, f. εύσω, surculis ex arbore demptis sero; (2) insero, planto. A μόσχος.

Μοσχηδὸν, modo seu more vituli. Ab eod.

Μοσχίας, ου, ὁ, ad vitulum accedens, aries triennis, *Eust.* (2) lepusculus, *Poll.* (3) agnus, *Id.* Ab eod.

Μοσχίδιον, ου, τὸ, germen novellum, tenerum et novellum vimen. Dim. ab eod.

Μοσχιναῖος, αία, αῖον, in modum vituli exsultans, *Hes.* Ab eod.

Μοσχίον, ου, τὸ, vitulus novellus; (2) agnellus recens; (3) tenella planta, stolo. Ab eod.

Μόσχιος, α, ον, vitulinus. Ab eod.

Μοσχοθύτης, ου, ὁ, victimarius, *Ph*

Μοσχοκάρυον, et μοσχοκαρύδιον, ου, τὸ, nux moschata.

Μοσχοποιέω, ῶ, fut. ήσω, vitulum facio, conflo. A

ΜΟ´ΣΧΟΣ, ου, ὁ vel ἡ, vitulus, vitula, juvenca; (2) ramulus tenellus, germen novellum, stolo, pampinus, capreolus, *Ph.* μόσχοι, plantæ; (3) odoris pretiosissimi genus, muscus; (4) *adject.* tener, novellus, *apud Hom.*

Μοσχοσφραγιστὴς, οῦ, ὁ, vitulorum signator.

Μοσχοτόμος, ου, ὁ, victimarius, *Ph.* A μόσχος et τέμνω.

Μοσχοφάγος, ὁ καὶ ἡ, vitulinam edens.

Μοτάριον, ου, τὸ, Dim. a μοτόν.

Μοτὴ, ἡ, penicillum vulnerarium, *Call.*

Μοτὸν, οῦ, τὸ, idem quod

ΜΟΤΟ´Σ, οῦ, ὁ, linamentum carptum, quod vulneribus inditur. Hinc

Μοτόω, ῶ, fut. ώσω, linamenta in vulnera immitto, et sic ea curo.

Μότωμα, ατος, τὸ, idem quod μοτός.

Μότωσις, εως, ἡ, linamentorum in vulnera impositio.

Μουκηροβάγας, vel μουκηροβάτος, nucifrangibulum, *Athen.* A

ΜΟΥ´ΚΗΡΟΣ, ου, ὁ, amygdala. *Vox Laconica.* Vide infra μύκηρος.

Μουναδὸν, *adv.* seorsum. Μουναδὸν ἐν σκοπέλοισι, *Oppian. Cyneget.* 4, 40.

Μουνὰξ, *Poet.* seorsum, singulatim. Ἄλλοι καὶ Λαοδάμαντα κέλευσεν μουνὰξ ὀρχήσασθαι, *Odyss.* 8, 370. A μοῦνος.

Μουνερέτης, *Poet.* pro μονερέτης, solus remex, *in Epigr.* Ex μοῦνος et ἐρέτης.

Μουνογένεια, ας, ἡ, unigena, *Apollon.* A

Μουνογενής. Vide μονογενής.

Μουνόγληνος, unoculus, *in Epigr.* Ex γλήνη.

Μουνόθεν, *adv.* remotis arbitris.

Μουνολεχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, solus cubans. Ex λέχος.

Μουνολέων, leo solitarius, *in Epigr.*

Μουνόλιθος, ex uno lapide constans, vel ex lapide tantum constans.

Μουνομήτωρ, cui sola superest mater, *Hes.*

Μοῦνος, *Ion.* et *Poet.* pro μόνος, unus, solus.

Μουνόω, ῶ, fut. ώσω, pro μονόω.

Μουνυχία, ας, ἡ, portus Atheniensium, ubi Dianæ Munychiæ fanum.

Μουνυχιὼν, ῶνος, ὁ, mensis Atheniensium decimus, ita dictus a Diana Munychia, cujus sacra hoc mense fiebant.

Μουνώψ, acc. μουνῶπα, *Poet.* pro μονώψ.

ΜΟΥ˜ΣΑ, ης, ἡ, Musa, Dea cantus; sumitur et pro ipso cantu, et vocis, et fidium seu tibiarum, pro cognitione et scientia, pro ingenio, et scita quavis inventione et commentatione. *Gl. V.* Musa, Camœna. Musæ causæ sunt mundi perfectionis, secundum antiquos theologos.

Μουσαγέτης, ου, ὁ, Musagetes, Musarum ductor. Apollinis epith. Ex ἡγέομαι.

Μουσαπολετὴρ, ῆρος, ὁ, cantus et musicorum modulorum corruptor.

Μουσεῖον, ου, τὸ, musæum, locus Musis et studiis destinatus, ubi Musæ colebantur; (2) Alexandriæ ædificium, ubi viri docti alebantur; (3) locus ubi studiis literarum operamur. Sed μουσεῖα, ων, festum in honorem Musarum. A Μοῦσα.

Μούσειος, εία, ειον, musicus. Ab eod.

Μουσηγετέω, ῶ, Musis cithara praeeo. A

Μουσηγέτης, ου, ὁ, idem quod Μουσαγέτης.

Μουσίζω, cantu contendo, *V. L.* A Μοῦσα.

Μουσικεύομαι, musica ratione cantica tempero et modulor. Ab eod.

Μουσικὸς, ἡ, ὸν, musicus; (2) qui canit, canorus; (3) artis canendi peritus; (4) musices amans; (5) literarum amans, elegans, peritus. Παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν, aptiores ad loquendum apud vulgus, *Eurip. Hipp.* 989. Hinc μουσικὴ, scil. τέχνη, Musica, ars canendi, poetica doctrina, dexteritas. (3) εὑρῶν ἀκριβῆ μουσικὴν ἐν ἀσπίδι, *Id. Suppl.* 906. Ab eod.

Μουσίκτας, psaltes, cantor, *Hes.* Est *Dor.* pro μουσίκτης, μουσίστης. A μουσίζω.

Μουσικῶς, *adv.* musice, seu modulate; (2) concinne, apte, scite, eleganter.

Μουσικώτατα, *adv.* doctissime. A μουσικός.

Μουσίσδειν, præs. inf. act. *Dor.* pro μουσίζειν.

Μουσογενὴς, ὲς, Musa genitus, *Anac.*

Μουσόδομος, ον, Musis habitatus.

Μουσόδρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, ut μουσοδρόμοις πέτραις, quas Musæ percurrerunt, *in Epigr.*

Μουσοεργὸς, ὁ καὶ ἡ, symphoniacus, psaltria, tibicina, &c. qui Musarum opus, quæstum et provinciam, habet, *Ern.*

Μουσοκόλαξ, ακος, ὁ, Musarum adsentator, artifex musicarum illecebrarum, *Suicer.*

Μουσόληπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, a Musis adflatus.

Μουσομανέω, ῶ, fut. ήσω, insano Musarum, aut Musices amore flagro; (2) a Musis sum adflatus. A

Μουσομανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, a Musis adflatus; (2) amantissimus poeseos, cantus, &c. A μαίνομαι. Hinc

Μουσομανία, ας, ἡ, furor musicus, vehemens poëseos, Musices, sive canendi, amor.

Μουσόμαντις, εως, ὁ καὶ ἡ, musicus augur; avis epith. *apud Aristoph.*

Μουσομήτωρ, rectius μουσομήτηρ, ἡ, Musarum mater, Mnemosyne, *ex Æschylo.*

Μουσοπάτακτος, ὁ, a Musis instinctus, poeta; sed dicitur magis in deteriorem partem. Libri quidam male μουσοπάταγος, ap. Cic. A πατάσσω.

Μουσοπάτωρ, ὁ, Musa genitus, *Anac.*

Μουσοποιέω, ῶ, fut. ήσω, carmina compono, in modulos redigo, carminibus celebro. A

Μουσοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui carmina scribit, poeta; (2) musicus. (2) ἀεὶ δὲ μουσοποιῶν εἰς σὲ παρθένων ἔσται μέριμνα, *Eurip. Hipp.* 1428. Ex Μοῦσα et ποιέω.

Μουσοπόλος, ου, ὁ ϗ ἡ, Musarum famulus, poeta; (2) musis conveniens. (1) πολλά σε μουσοπόλοι μέλψουσι, *Eurip. Alc.* 447. (2) ἢ τίνα μουσοπόλον στοναχὰν ἐπὶ δάκρυσι ἀνακαλέσομαι; *Id. Phœn.* 1505. A πολέω.

Μουσουργέω, ῶ, f. ήσω, musica ratione tempero, musice compono vel canto; artes Musarum exerceo, et quæstui habeo.

Μουσουργία, ας, ἡ, modulatio musica. A

Μουσουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, cantor, psaltes; (2) qui musica ratione temperat cantica et modulatur. Ex Μοῦσα et ἔργον.

Μουσόφθαρτος, ὁ, qui per Musas interiit.

Μουσοχαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, Musis gaudens. Ex Μοῦσα et χαίρω.

Μουσόω, ῶ, f. ώσω, modulis musicis exorno; (2) literis humanioribus erudio; (3) doceo; (4) concinnum, venustum reddo; perf. pass. μεμούσωμαι part. μεμουσωμένος, modulatus, elegans, musis initiatus; aor. 1. inf. μουσωθῆναι, erudiri. A Μοῦσα.

Μουστάκια, τὰ, mustacea. Athenæus, μουστάκια ἐξ οἰνομέλιτος, mustacea liba ex œnomelio. A *Lat.* musto.

Μοῦστιν, *mei est*, *Æol.* pro μοῦ ἐστιν.

Μουσῳδὸς, ὁ ϗ ἡ, cantator, *Man.*

Μοχθαλόεις, εσσα, εν, laboriosus, *Coluth.*

Μοχθεῦντα, acc. plur. part. præs. act. n. g. *Dor.* pro μοχθοῦντα, a

Μοχθέω, ῶ, fut. ήσω, laboro; (2) efficio, effectum reddo; (3) laboribus et ærumnis premor. Μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη, *Eur. Hipp.* 211. A μόχθος. Hinc

Μοχθήεις, ήεσσα, ῆεν, laboriosus, ærumnosus:

Μοχθητέον, laborandum, *Eur.*

Μόχθημα, ατος, τὸ, labor, ærumnæ.

Μοχθηρία, ας, ἡ, malitia, improbitas, pravitas, scelus. A

Μοχθηρὸς, ρὰ, ρὸν, laboriosus, ærumnosus, miser; (2) malus, improbus; (3) interdum de specie quadam vitii, ut βοῦς μοχθηρὸς, bos macer; ὦ μόχθηρε, improbe. A μόχθος.

Μοχθήσαντι, dat. sing. a. 1. part. verbi μοχθέω.

Μοχθηροτέρως, *adv.* pejus, deterius. A

Μοχθηρῶς, *adv.* male, ærumnose.

Μοχθητέον, laborandum est. Εἰ μέτρῳ μοχθητέον, si metienda sunt mala, *Eurip. Hercul. Fur.* 1251.

Μοχθίζοντι, 3. plur. præs. ind. act. *Dor.* pro μοχθίζουσι, a

Μοχθίζω, laboro, adflictus sum. A μόχθος.

Μοχθισμὸς, οῦ, ὁ, labor, *Vet. Lex.* A præc.

ΜΟ'ΧΘΟΣ, ου, ὁ, labor, miseria, ærumnæ; calamitas, molestia, lassitudo, *Gl. V.*

Μοχλεία, ας, ἡ, motio, vel obfirmatio, quæ vecte fit; apud Medicos, ossis luxati in locum suam restitutio. A μοχλεύω.

Μόχλευσις, εως, ἡ, idem. Ab eod. Unde

Μοχλευτὴς, οῦ, ὁ, motor, seu qui vectibus et phalangis aliquid promovet, vectiarius, phalangarius; omnino, qui vi sua aliquid concutit, movet. Epith. Neptuni, *ap. Aristoph.* A

Μοχλεύω, fut. εύσω, vecte moveo, promoveo; (2) vecte obfirmo; (3) molior, machinor. Μοχλεύει θύρετρα, *Eur. Her. Fur.* 1002. A μοχλός.

Μοχλέω, idem quod μοχλεύω, *Hom.*

Μοχλικὸς, ἡ, ὸν, ad vectem pertinens: τὸ μοχλικὸν, sc. βιβλίον, liber de molitione et repositione luxatorum, *Ern.* Ab eod.

Μοχλίον, ου, τὸ, parvus vectis, parva phalanga. Dim. ab eod.

Μοχλὶς, ίδος, ἡ, idem:

Μοχλίσκος, ου, ὁ, idem, et ab eod.

ΜΟΧΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, vectis, quo quid movetur; (2) obex, repagulum, sera, pessulus.

Μοχλόω, ῶ, f. ώσω, pessulum obdo, vecte obfirmo. A præc.

Μῦ, μῦ, vox flentis.

Μυάγρα, ας, ἡ, muscipula. *Ap. Poll.* etiam inter fullonum instrumenta. Ex μῦς et ἄγρα.

Μύαγρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui mures venatur, vel captat, serpentum species; (2) herbæ nomen. *Gl. V.* μύαγρον, muscipulum. Ex iisdem.

Μυάκανθος, ου, ὁ, et ον, τὸ, asparagus, *Gl. Vet. Plin.* Ex μῦς et ἄκανθα, *spina.*

Μύαξ, ακος, ὁ, mytilus, conchæ species. A μυω.

Μύας, *mures*, acc. pl. a μῦς, *mus.*

Μυάω, labia contraho, aut oculos claudo. *Aristoph. Lys.* τί μοι μυᾶτε, vers. 126.

Μυγαλέη, *contr.* μυγαλῆ, ῆς, ἡ, mus araneus.

Μυγμὸς, οῦ, ὁ, sonus, qui naribus editur; mussatio, mussitatio, gemitus, etiam de piscibus *apud Aristot.* (2) οἱ δ' ὀνομαζόμενοι Κυνοκέφαλοι τοῖς μὲν σώμασιν ἀνθρώποις δυσειδέσι παρεμφερεῖς εἰσὶ, ταῖς δὲ φωναῖς μυγμοὺς ἀνθρωπίνους προΐενται, *Diodor. Sicul.* 3, 35. Δυνατὸν δὲ καὶ μυγμῷ καὶ στιγμῷ ψόφον ὅμοιον ἐκβάλλειν ἀγάλματα, *Plutarch. in Coriolano.* A μύζω.

Μυδάζομαι, fut. άξομαι, abhorreo, aversor; ut hinc sit aor. 1. ἐμυδάξατο, *ap. Nicand.* A μυδάω.

Μυδαίνειν, stillare, putrefacere, *Hes.* Ἔνθα μυδαίνει ποτοῖς Ὠκίναρος γῆν, *Lycophr.* 1008.

Μυδαλέος, έα, έον, humidus, uvidus, madidus; (2) nimio madore vitiatus. *Gl. Vet.* putidus, mephiticus. A

ΜΥΔΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, nimio madore vitior, putresco. *Gl. V.* μυδάω, puteo. Φόνου μυδῶσαι σταγόνες, *Soph. Œd. Tyr.* 1278.

Μύδες, ων, αἱ, testudines lutariæ, mures aquatiles, *Suicer.* A μῦς.

Μύδησις, εως, ἡ, putredo ex nimio madore. A μυδάω

Μυδόεις, όεσσα, όεν, nimio madore vitiatus. A

ΜΥ'ΔΟΣ, ου, ὁ, virus, virosus humor.

Μυδόωσα, præs. part. act. f. g. *Poet.* pro μυδῶσα, ex μυδάουσα, a μυδάω. Unde

Μυδρίασις, εως, ἡ, vitium oculi, quo pupilla dilatatur, ejusque acies hebescit.

Μυδροκτυπέω, ῶ, candentem ferri massam malleo tundo. Μυδροκτυπεῖ Ἥφαιστος, laminas ignitas subigit, *Æsch. Pr.* 366. A

Μυδροκτύπος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ferrum candens malleo tundit, faber ferrarius. Ex seq. et κτύπος.

ΜΥ'ΔΡΟΣ, ου, ὁ, candens ferri massa; massa lapidea ignita; globus candens, rudis, *Gl. V.*

Μυδῶν, ῶνος, ὁ, caro fungosa in ulcere fistuloso, in quo sinus mucosi, oræ callosæ, *Poll.* A μυδάω.

Μύειος, ου, ὁ ϗ ἡ, soricinus, *Gl. V.* A μῦς.

Μυελόεις, όεσσα, όεν, medulla repletus, medullosus; (2) alimentum habens.

Μυελόθεν, medullitus, *Gl. V.* A μυελός.

Μυελοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, medullam faciens, *Suicer.* Ex μυελὸς et ποιέω.

ΜΥΕΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, medulla.

Μυελόω, ῶ, fut. ώσω, medulla impleo. μεμυελωμένος, pinguis, *LXX.* A præc.

Μυελώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, medullæ similis, medullosus. Ab eod.

ΜΥΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, doceo ea quæ ad sacra pertinent, in sacris instituo, initio, *Gl. V.* Δεῖ γάρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι, *Aristoph. Pace*, 375. A μύω.

Μυζάω, ῶ, fut. ήσω, sugo, exsugo, exprimo:

Μυζέω, ῶ, fut. ήσω, idem. A

ΜΥ'ΖΩ, fut. ξω, proprie premo, comprimo, compressum teneo. Unde (2) clausis labris sonitum literæ μ naribus emitto; (3) musso, mussito. *Gl. V.* gemo, murmuro; part. μύζων, mussitabundus, *Gl. V.* (4) sugo.

Μύημα, ατος, τὸ, initiatio; (2) id quod docetur, qui sacris initiatur. A μυέω. Unde

Μύησις, εως, ἡ, initiatio, *Gl. V.* (2) doctrina, institutio, imbutio, *Gl. V.*

Μυθάριον, ου, τὸ, fabella. Dim. a μῦθος.

Μύθεαι, 2. sing. præs. ind. med. *Ion.* pro μύθῃ, a μύθομαι.

Μυθεῖσθε, 2. plur. præs. ind. med. pro μυθέεσθε, a

Μυθέομαι, οῦμαι, dico, dictito, loquor; (2) eloquor, narro; (3) confabulor, colloquor; imperfect. *Ion.* μυθέσκοντο, dictitabant, prædicabant, *apud Hom.* pro ἐμυθέοντο. Νῦν δὲ τοὶ ἠπείρου μυθήσομαι εἶδος, ἁπάσης, *Dion. Per.* 170.

Μυθέσκομαι, idem. Vide præc.

Μύθευμα, τὸ, narratio fabulosa, fabula. A

Μυθεύω, fabulosa narro, μεμύθευται, perf. pass. fabulose fictus est, narratur. Τίς ἄρ', ὃς ἐμαῖς μυθεύεται παρὰ τήναισιν; *Eur. Ion.* 196.

Μυθησαίμην, aor. 1. opt. med. verbi μυθέομαι.

Μυθήσατο, 3. sing. aor. ejusd. in ind. sed *Ion.* pro ἐμυθήσατο.

Μυθητὴρ, idem quod seq. et ab eod. *Hes.* μυθητῆρες, στασιασταὶ, seditiosi, factiosi.

Μυθητὴς, οῦ, ὁ, orator, susurro. A μυθέομαι.

Μυθίδιον, ου, τὸ, fabella. Dim. a μῦθος.

Μυθίζοισαν, acc. sing. præs. part. act. fem. gen. *Dor.* pro μυθίζουσαν, a

Μυθίζω, et μυθίζομαι, *Dor.* μυθίσδω, et μυθίσδομαι, loquor, dico, enuncio, appello, voco. *Theocr.* 10. *ult.* A μῦθος.

Μυθικὸς, ἡ, ὸν, fabularis, fabulosus. Ab eod.

Μυθικωτέρως, *adv.* nimis fabulose. A præc.

Μυθιστορία, ας, ἡ, historia fabularis. Ex μῦθος et ἱστορία.

Μυθίτης, ου, ὁ, seditiosus, factiosus. A μῦθος.

Μυθογραφέω, ῶ, fut. ήσω, fabulas scribo.

Μυθογραφία, ας, ἡ, fabularum conscriptio.

Μυθογράφος, ου, ὁ ϗ ἡ, fabularum scriptor. Ex μῦθος et γράφω.

Μυθολάτρις, ιος, ὁ ϗ ἡ, Verbi, i. e. Christi cultor, *Nazian.* Ex λάτρις.

Μυθολογεύω, fut. εύσω, idem quod

Μυθολογέω, fabulor, fabulam narro; (2) fabulose narro, fabulose celebro; perf. part. pass. μεμυθολογημένος, fabulis celebratus. Τοὺς ἀγῶνας ϗ τοὺς πολέμους τῶν ἡμιθέων ἐμυθολόγησε, *Isocr.* A μυθολόγος.

Μυθολόγημα, ατος, τὸ, narratio fabulosa, res quæ fabulose narratur. A præc.

Μυθολογητέον, *adv. pos.* fabulandum, narrandum.

Μυθολογία, ας, ἡ, narratio fabularum, fabulosa narratio, fabulatio, *Gl. V.*

Μυθολογικὸς, ἡ, ὸν, ad fabularum narrationem pertinens; (2) qui valet comminiscendis fabulis. A

Μυθολόγος, ου, ὁ ϗ ἡ, fabularum narrator; fabulator, gerro, *Gl. V.*

Μύθομαι, loquor; μύθεαι, loqueris, *Odyss.* 2, 202. pro quo tamen *Eust.* μυθέαι, ut sit ex μυθῇ, a μυθέομαι.

Μυθοπλαστέω, ῶ, fut. ήσω, fabulas fingo; (2) fabulose fingo. A

Μυθοπλάστης, ου, ὁ, fabularum fictor. Hinc

Μυθοπλαστία, ας, ἡ, fabulosum figmentum.

Μυθοποιέω, ῶ, fut. ήσω, fabulas vel fabulam fingo; μυθοποιοῦμαι, de me fabula narratur.

Μυθοποίημα, ατος, τὸ, idem quod μυθοποιΐα. Τοῦτο δὲ παντὶ δῆλον, ὅτι μυθοποίημα καὶ πλάσμα πρὸς ἡδονὴν ἢ ἔκπληξιν ἀκροατοῦ γέγονε, *Plutarch. de audiend. Poetis.*

Μυθοποιΐα, ας, ἡ, fabularum fictio, figmentum fabulosum. A

Μυθοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, fabularum fictor vel scriptor. Ex μῦθος et ποιέω.

ΜΥ'ΘΟΣ, ου, ὁ, verbum, dictum; (2) oratio, sermo; (3) colloquium; (4) fabula, sive oratio falsa veritatem adumbrans; (5) consilium, suasio; (6) seditio, factio, *ap. Hom.*

Μυθοτόκος, ου, ὁ ϗ ἡ, pariens verba. Ex μῦθος et τίκτω.

Μυθουργέω, fabulas fingo. *Scholiast. ad Cassandram Lycophronis.*

Μυθούργημα, τὸ, fabula. *Schol. ad Cassand.*

Μυθώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, fabulosus. A μῦθος.

ΜΥΙ'Α, ας, ἡ, musca.

Μυίαγρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui muscas capit, muscarum venator; cognomen Dei cujusdam ap. Eleos, *Plin.* Ex μυῖα et ἄγρα, *venatio.*

Μυΐδιον, ου, τὸ, musculus. Μυϊδίων πτοουμένων διαδρομαί, murium attonitorum discursiones, *Marci Antonini Imperatoris de Rebus suis,* 7, 3. Dim. a μῦς.

Μυϊκὸς, vel μυιϊκὸς, muscarius, *Gl. V.* ubi μυῖκος.
A μυῖα.

Μυΐνδα, ης, ἡ, sc. παιδιὰ, Myinda, lusus puerilis, in quo oculos claudebant. A μύω.

Μύϊνος, murinus. A μῦς. *Ern.*

Μυιοθήρας, ου, ὁ, muscarum venator. Ex μυῖα et θήρα.

Μυιοκέφαλον, ου, τὸ, species τῆς προπτώσεως, procidentiæ, parva adhuc et capiti muscæ similis. Ex μυῖα et κεφαλή.

Μυιοσοβέω, ῶ, fut. ήσω, muscas abigo. A σοβέω.

Μυιοσόβη, ης, ἡ, muscarium, instrumentum quo muscæ abiguntur:

Μυιοσόβης, ου, ὁ, muscarum abactor. A præc.

Μυιοσόβιον, ου, τὸ, muscarium:

Μυιοσόβος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem et ab eod.

Μυιώδης, Myiodes, muscarum deus, *Plin.* A μυῖα.

Μυκάομαι, ῶμαι, mugio; (2) de aliorum animalium voce et quocunque sono graviori; inf. μυκᾶσθαι, mugire; aor. 1. μυκήσασθαι. *Ap. Hom.* et a μυκάω, μεμυκὼς, perf. part. med. mugiens; et plusq. perf. 3. sing. κρέα ἐμεμύκει, carnes mugiebant. Et aor. 2. act. μύκον, crepuerunt; μύκε, sonuit, pro ἔμυκον, ἔμυκε. Μόσχοι σὺν κεραοῖσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι, *Theoc.* 16, 37.

Μύκεν, 3. sing. aor. 2. ind. act. *Ion.* et cum ν pro ἔμυκε, a μυκάω.

ΜΥΚΗ', ῆς, ἡ, mugitus, boatus.

Μύκη, ης, ἡ, theca gladii, vagina; (2) occlusio, compressio, obstructio; (3) fungus ellychnii. A μύω.

Μυκηθμὸς, ῦ, ὁ, mugitus, boatus. A μυκάω.

Μύκημα, ατος, τὸ, idem.

Μυκηροβάτος, idem quod μυκηροβάτος.

Μύκηρος, idem quod μύκηρος.

ΜΥ'ΚΗΣ, ητος, ἡ, vel ου, ὁ, fungus. *Ph.* boletus; (2) fungus ellychnii; (3) morbus quidam oleæ; (4) ensis manubrium; (5) membrum virile, *Hes.*

Μύκησις, εως, ἡ, mugitus, boatus. A μυκάω.

Μυκητᾶν, gen. pl. *Dor.* pro μυκητῶν.

Μυκητὴς, ῦ, ὁ, mugiens. A μυκάω.

Μυκητίας, ου, ὁ, mugiens, sonorus. Ab eod.

Μυκητικὸς, ἡ, ὸν, mugiendi vim habens, instar boum. Ab eod.

Μυκήτινος, ίνη, ινον, fungeus, e fungo. A μύκης.

ΜΥ'ΚΛΑΙ, sive μύκλοι, lineæ nigræ in collo, dorso, pedibusque asinorum, *Hes.* At *Etym.* μύκλον, rugam et plicam in collis asinorum: μύκλοι sunt etiam libidinosi et lascivi homines, *ap. Lycophr.*

Μύκον, 3. pl. a. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔμυκον, a μυκάω.

Μυκτὴρ, ῆρος, ὁ, naris, nasus; μυκτῆρες, nares; (2) proboscis elephanti; (3) irrisio, nasus. A μύσσω. Hinc

Μυκτηρίζω, fut. ίσω, naso suspendo, subsanno, derideo, contemno. Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται, *Gal.* 6, 7.

Μυκτηρόκομπος, et -όκομπος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui cum strepitu emungit nares; (2) flagitiosus. Μυκτηρόκομπα πνεύματα, superbientium narium efflatus, *Æsch. S. T.* 470.

Μυκτήρισμα, ατος, τὸ, idem quod

Μυκτηρισμὸς, ῦ, ὁ, subsannatio, irrisio:

Μυκτηριστὴς, ῦ, ὁ, sannator. *Ph.* subsannator. A μυκτηρίζω.

Μυκτηρόθεν, *adv.* e naribus. A μυκτήρ.

ΜΥ'ΚΙΩΝ, ωνος, ὁ, pars auris, *Poll.*

Μυλακρὶς, ίδος, ἡ, qu. dic. locusta molendinaria, insectum farina vescens in molendinis et pistrinis. A μύλη et ἀκρίς.

Μύλαξ, ακος, ὁ, lapis molaris; (2) lapis rotundus. A μύλη.

Μυλεὺς, έως, ὁ, pistor, *Suicer.* A

ΜΥ'ΛΗ, ης, ἡ, mola trusatilis, seu asinaria, frumentaria oleariave; (2) inferior molæ pars, quæ et meta dicitur; (3) mola salsa; (4) mola, os latum toti genu superpositum; (5) mola, caro informis in utero muliebri quandoque nasci solitum; (6) herba quadam; (7) μύλαι, dentes molares

Μυληκόρον, ου, τὸ, scopæ farinariæ, quibus in mola utuntur. Ex μύλη et κόρος.

Μυλήφατος, ου, ὁ καὶ ἡ, mola fractus et contusus. Ex μύλη et φάω.

Μυλίας, ου, ὁ, ut μυλίας λίθος, lapis molaris.

Μυλιάω, ῶ, dentibus frendeo et strideo. Hinc μυλιόωντες, *apud Hesiod.* pro μυλιῶντες, μυλιάοντες, *Op.* 523. A μύλη.

Μυλικὸς, ἡ, ὸν, molaris. Ab eod.

Μυλιόωντας, acc. pl. particip. præs. act. *Poet.* pro μυλιῶντας, ex μυλιάοντας, a μυλιάω

Μυλίτης, ου, ὁ, ut μυλίτης λίθος, lapis molaris. *Gl. V.* silex; μυλῖται ὀδόντες, dentes molares. Ab eod.

Μυλλάκανθος, ου, ὁ καὶ ἡ, spinam habens incurvam hami ad instar, hamatis spinis armatus. Ex μυλλὸς et ἄκανθα.

Μυλλὰς, άδος, ἡ, meretrix, scortum. A μύλλω.

ΜΥΛΛΟ'Σ, ῦ, ὁ, curvus, tortuosus; (2) strabo, qui oculis est distortis; (3) *subst.* placentæ species.

Μύλλος, ου, ὁ, piscis quidam, mullus.

Μύλλω, molo; (2) labra comprimo; (3) μύλλειν etiam subagitare, permolere, *ut Horat.* A μύλη.

Μυλόδοντες, dentes molares, *Eust.*

Μυλοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, similis lapidi molari, rotundus, gravis, grandis. Ex μύλη et εἶδος.

Μυλόεις, όεσσα, όεν, idem. A μύλη.

Μυλοεργὴς, ὲς, moliarius, *Nic.*

Μυλόκλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, mola fractus. Ex μύλη et κλάω.

Μυλοκόπος, ου, ὁ, molitor. *Gl. V.* moliarius. Ex μύλη et κόπτω.

Μυλοκόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui molam everrit, seu purgat. Ex μύλη et κορέω.

Μύλος, ου, ὁ, mola, *Gl. V.* μύλος ἐλαιῶν, trapetum, *Gl. V.* μύλοι, dentes molares. A μύλη.

Μυλόσαρξ, κος, ἡ, mola, caro informis in utero mulierum nasci solita, *Hes.* si lectio sana.

Μυλουργὸς, ῦ, ὁ, siliciarius, *Gl. V.* Ex ἔργον.

Μυλόω, ῶ, induro. Pass. μυλοῦμαι a. 1. ἐμυλώθη, *Hipp.* induruit. A μύλη.

Μυλώδεις λίθοι, lapides molares. Ab eod.

Μυλωθρικὸς, ἡ, ὸν, ad molendinum seu pistrinum pertinens, molendinarius.

Μυλωθρὶς, ίδος, ἡ, molitrix, pistrix. A

Μυλωθρὸς, ῦ, ὁ, qui pistrinum possidet, servosque alit opus in eo facientes, pistor; et (2) *adject.* ὁ καὶ ἡ, μυλωθρὸς, molaris; ut μυλωθρὸς ᾠδὴ, cantilena molaris. A

Μυλωρὸς, qu. dic. molæ curam habens. Ex ὤρα.

Μύλων, ωνος, vel μυλῶν, ῶνος, ὁ, locus in quo est mola, seu in quo versatur mola, pistrinum; (2) locus in quo torquebantur servi. A μύλη.

ΜΥ~ΜΑ, ατος, τὸ, opsonii genus.

ΜΥ~ΜΑΡ, vel μῶμαρ, macula, nota, *Hes.*

Μυμαρίζω, inepta loquor, ridicule gesticulor, *Hes.* A præc.

ΜΥ~Ν, *murem*, acc. sing. a μῦς, *mus.*

ΜΥ'ΝΔΟΣ, η, ον, mutus, *Hes.*

Μύνη, ης, ἡ, prætextus, excusatio; μύνῃσι, dat. pl. *apud Hom.* caussationibus. A

ΜΥ'ΝΟΜΑΙ, prætexto, prætendo, *Eust.*

ΜΥ'ΞΑ, ης, ἡ, *Ion.* μύξη, humor e naribus fluens, mucus, mucor; (2) mucus in ostreis et testudinibus; (3) ellychnium lucernæ.

Μύξα, ων, τὰ, prunorum genus.

Μυξάζω, muco abundo. A μύξα.

Μυξάρια, ων, τὰ, Dim. a μύξα, ων.

Μυξάριον, ου, τὸ, piscis quidam. Dim.

Μυξητῆρες, nares; μυξωτῆρες usitatius.

Μυξῖνος, vel μυξίνος, ου, ὁ, idem quod

ΜΥ'ΞΟΣ, ου, ὁ, piscis e mugilum genere.

Μυξώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, mucosus. Μυξῶδες ὑγρότης, *Aristot. Hist. Anim.* 3, 5. A μύξα.

Μυξῶν, ωνος, ὁ, idem quod μύξος.

Μυξωτῆρες, οἱ, nares. A μύξα. V. μυξητῆρες.

Μυογαλῆ, vel μυγαλῆ, *contract.* μυγαλῆ, ῆς, ἡ, mus araneus. Ex μῦς et γαλῆ.

Μυοδόχος, et μυοδόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, mures recipiens. Ex μῦς et δέχομαι.

Μυοθήρας, ου, ὁ, murium venator, qui mures capit. *Gl. V.* muscipulum. Ex θήρα.

Μυοθηρέω, ῶ, f. ήσω, mures venor, *Strab.*

Μυοχόδρος, ὁ, ἡ, muscerda, muris stercus.

Μυοκτόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, mures occidens, muricida. Ex μῦς et κτείνω.

Μυομαχία, ας, ἡ, murium prælium. Ἔοικεν, ὦ ἄνδρες, ὅτι Δαρεῖον ἡμεῖς ἐνικῶμεν ἐν ταῦθα, ἐκεῖ τις ἐν Ἀρκαδίᾳ γεγονέναι μυομαχία, *Plut. in Agesilao.*

Μύοξος, ου, ὁ, glis, *Gloss. Vet.* item talpa, *Gloss. Vet.* Vid. μυωξός.

Μυοπάρων, ωνος, ὁ, myoparo: navis piratica.

Μυοπία, vel μυωπία, ας, ἡ, muris cavernula, *Rob. ex Aristot.* Ex μῦς et ὀπή.

Μυοσίδη, idem quod μυοσόβη.

Μυοσώτη, ης, ἡ, auricula muris, alsine, herba. Myosota, *Plin.* Ex μῦς et οὖς, ὠτὸς, *auris. Angl.* MOUSE-EAR.

Μυοσωτὶς, ίδος, ἡ, idem et ex iisd.

Μυόσωτον, ου, τὸ, idem et ex iisd.

Μυότρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, saucios musculos habens. Ex μῦς et τρωτός.

Μυουρία, ας, ἡ, vitium claudicationis versus Myuri. Scribitur et μειουρία.

Μυουρίζειν, in acutum desinere, minoribus terminis finiri, decurtari, instar caudæ muris in acutum desinere. A

Μύουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, velut cauda muris in acutum desinens, compressus, arctus; μύουρος στίχος, mutilus versus seu curtus, postremo pede claudicans. Ex μῦς et οὐρὰ, *cauda.*

Μυοφόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, mures occidens, muricida. Ex μῦς et φόνος, *cædes.*

Μυόχοδον, ου, τὸ, muscerda, stercus muris. A μῦς et χέχοδα, *cacavi*, perf. a χέζω.

Μυόχοδος, ου, ὁ καὶ ἡ, vilis, contemptus, nullius pretii, velut muscerda, *Hes.* Ὁ μυοχόδος γέρων λελήθειναι σφόδρα οἰόμενος, *Menander in* ῥαπιζομένῃ. Ex iisd.

Μύραινα, ης, ἡ, muræna, piscis; (2) de libidinosa et in Venerem prona, *Suid.* A μύρος.

Μύραινος, ου, ὁ, murænа, murus, piscis, *Hes.*

Μυράκοπα, unguenta mista ad odoris suavitatem, lassitudines lenientia. Ex μύρον et ἄκοπος.

Μυραλοιφέω, ῶ, fut. ήσω, unguentis me illino. Ex μύρον et ἀλείφω. Hinc

Μυραλοιφία, ας, ἡ, unguentorum illitus.

Μύρατο, 3. sing. imperf. ind. med. *Ion.* pro ἐμύρετο, a μύρομαι.

Μυρεψία, ας, ἡ, unguentorum coctio seu confectio:

Μυρεψικὸς, ἡ, ὸν, ad unguentarios pertinens. Hinc μυρεψικὴ, ῆς, sc. τέχνη, ars conficiendi unguenta. A

Μυρεψὸς, ῦ, ὁ, unguentorum coctor, unguentarius. Ex μύρον et ἕψω, *coquo.*

Μυρηρὸς, ὰ, ὸν, unguentarius. A μύρον.

Μυρία, decem millia; μυρία et per apoc. μυρί, plurima, sexcenta, infinita.

Μυριαγωγὸς, ῦ, ὁ καὶ ἡ, ut μυριαγωγὸς ναῦς, navis, quæ decem millia hominum vehere potest, prægrandis. Ex μύριοι et ἄγω.

Μυριάκις, *adv.* decies millies; sæpissime. A μύριοι.

Μυριάμφορος, ου, ὁ καὶ ἡ, decies mille amphorarum capax; (2) decies mille amphoris dignus. *Aristoph.* ῥῆμα μυριάμφορον, *P.* 519. Ex μύριοι et ἀμφορεύς.

Μυρίανδρος, frequens populo; de regione, insula, urbe. Πλάτος δὲ ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνειν μυριάνδρους, *Strab.* 1.

Μυριάρχης, ου, ὁ, decem millium præfectus. Ex μύριοι et ἀρχή.

Μυρίαρχος, ου, ὁ, idem et ex iisd.

Μυριὰς, άδος, ἡ, myrias, numerus decem millium, decem millia. A μύριοι.

Μυριαχοῦ, *adv.* infinitis locis, sexcenties.

Μυρίδιον, ου, τὸ, unguentulum, Dim. a μύρον.

Μυρί-

Μυριέλικτος, ȣ, ὁ ᾗ ἡ, plurimis voluminibus tortus et sinuatus. Ex μυρία et ἑλικτός.
Μυριετὴς, ἐς, valde annosus. Ex μυρίοι et ἔτος.
Μυρίζω, fut. ίσω, unguentis imbuo. A μύρον
ΜΥΡΙ'ΚΗ, ης, ἡ, myrica, *Gl. V. Ph.* μυρίκη εἶδος φυτȣ̃ (species plantæ), genista.
Μυρίκινος, ίνη, ινον, myricinus, e myrica confectus. A μυρίκη. Unde
Μυρικώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, myricæ similis.
Μυρίνη, ης, ἡ, myrtus. Al. μυρσίνη et μυῤῥίνη.
Μυρίνης, ȣ, ὁ, ut μυρίνης οἶνος, vinum unguento mistum, vinum conditum, *Poll.* A μύρον.
Μύρινος, ȣ, ὁ, myrinus, piscis. A μύρος
Μυριόβοιος, ȣ, ὁ ᾗ ἡ, dives bubus, bubus abundans. Ex μυρία et βȣ̃ς.
Μυριόγραφος, ȣ, ὁ ᾗ ἡ, sæpissime, plurimis modis scriptus.
Μυριόδοξος, ον, laudatissimus, *Man.*
Μυριόδȣς, οντος, ὁ ᾗ ἡ, ingentes dentes habens *In Epig.* μυριόδȣς ἐλέφας.
Μυριόκρανος, ȣ, ὁ ᾗ ἡ, permulta capita habens. Ex μυρία et κράνιον.
Μυριόλεκτος, ȣ, ὁ ᾗ ἡ, sæpissime et ab innumeris dictus. Ex μυρία et λέγω.
Μυριόμματος, ȣ, ὁ ᾗ ἡ, innumeros seu permultos habens oculos. Ex ὄμμα.
Μυριόμορφος, ȣ, ὁ ᾗ ἡ, innumeras habens formas. Μεθυδότην, μυριόμορφον, ebrietatis auctorem, innumeras formas induentem. *De Bacch. Anthol.* 1. Ex μυρίαι et μορφαί.
Μυριόμοχθος, ȣ, ὁ ᾗ ἡ, infinitos labores sustinens vel perpessus. Δέρκεο μυριόμοχθε τȣ̀ς Ἡρακλες ἀγῶνας, tua certamina respice, Hercules innumeris laboribus defuncte, *Anthol.* 4. Ex μ. et μόχθοι, *labores.*
Μύριον, *adv.* immense, *Hom.*
Μυριόναυς, αος, ὁ ᾗ ἡ, innumeris seu permultis navibus instructus. Ex μυρίαι et ναῦς.
Μυριόνεκροι μάχαι, pugnæ ubi decies mille seu permulti cadunt
Μυριοντάρχης, ȣ, ὁ, decem millium præfectus. *Scholiast. Æschyli ad Pers.* 314.
Μυριόνταρχος, ὁ, idem. Μάταλλος μυριόνταρχος θανὼν, Matallus decem millium præfectus moriens *Æsch. Pers.* 314.
Μυριοπάλαι, *adv.* jamdudum, ante longissimum tempus. *Eustath. ad Iliad.*
Οἰνοπέπαντος, ου, ὁ ϰ ἡ, in quo vinum maturuit; ut οἰνοπέπαντοι βότρυες, uvæ maturæ. Ex οἶνος et πεπαίνομαι.
Οἰνοπίπης, ὁ, qui circumcirca vagis oculis investigat quod potet, *Steph.*
Οἰνοπλάνητος, ου, ὁ ϰ ἡ, quasi a vino errans, temulentus. Ex οἶνος et πλανάω.
Οἰνοπληθὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, vino plenus, vini ferax. Ex eod. et πλῆθος.
Οἰνοπλὴξ, ῆγος, ὁ ϰ ἡ, vino percussus, ebrius; (2) ebriosus. Ex eod. et πλήσσω.
Οἰνοποιέω, ῶ, vinum facio. Ab οἰνοποιός.
Οἰνοποιΐα, ας, ἡ, vini confectio. Ab eod.
Οἰνοποιὸς, οῦ, ὁ ϰ ἡ, qui vinum conficit, vini confector vel auctor. Ex οἶνος et ποιέω.
Οἰνοποσία, ας, ἡ, vini potio. Ex eod. et πόσις.
Οἰνοποτάζω, vinum bibo, vino me ingurgito. Πῇ τοι ἀπειλαὶ τὰς Τρώων βασιλεῦσιν ὑπίσχεο οἰνοποτάζων, *Il.* 20, 84.
Οἰνοποτέω, ῶ, fut. ήσω, idem.
Οἰνοποτὴρ, ῆρος, ὁ, vini potor, *Od.* 8, 456.
Οἰνοπότης, ου, ὁ, idem. Hinc
Οἰνοπότις, ίδος, ἡ, vini potrix, bibacula.
Οἰνόπτης, ου, ὁ, vini inspector; οἰνόπται, magistratus quidam Athenis. Ex ὄπτομαι.
Οἰνοπωλέω, vinum vendo, *Aristot.* Ab
Οἰνοπώλης, ου, ὁ, vini venditor. *Gl. V.* vinarius. Hinc
Οἰνοπώλιον, ου, τὸ, taberna vinaria.
ΟΙ῏ΝΟΣ, ου, ὁ, vinum; (2) forum et tabernæ in quibus vinum venditur.
Οἰνόσπονδος, ου, ὁ ϰ ἡ, sacrum in quo vinum libatur. Ex σπένδομαι.
Οἰνοσσόος, vinum servans.
Οἰνότευκτος, ου, ὁ ϰ ἡ, vino factus, a vino exortus.
Οἰνοτρόπος, ον, vinifer, *Lyc.*
Οἰνοτρόφος, ον, vinum gignens. A τρέφω.
Οἰνοῦττα, ης, ἡ, placenta e melle et vino confecta: quasi ab οἰνόεσσα, vinosa, ab οἶνος.
Οἰνοφαγία, ας, ἡ, qu. dic. vini voratio, *Luc.* Ex φαγεῖν.
Οἰνοφερὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, proclivis ad vini potum, vinosus *Hes.* πάροινος. A φέρομαι
Οἰνοφλυγέω, ῶ, vinosus sum, inebrior
Οἰνοφλυγία, ας, ἡ, vinolentia, ebrietas:
Οἰνόφλυκτος, ου, ὁ ϰ ἡ, ebrius, temulentus. Ab
Οἰνόφλυξ, υγος, ὁ ϰ ἡ, qui vino bullit, vinosus. *Ph.* temulentus. Ex φλύω.
Οἰνοφορεῖον, ου, τὸ, vinarium, *Gl. V.* Ab
Οἰνοφορέω, ῶ, fut. ήσω, vinum fero.
Οἰνοφόριον, ου, τὸ, diota. *Ph.* amphora vinaria. Ab
Οἰνοφόρος, ου, ὁ ϰ ἡ, vinum ferens, vel vino ferendo aptus; ut οἰνοφόρος κύλιξ. Apud Lat. etiam œnophorus pro vase vinario. *Gl. V.* οἰνοφόρον, vinarium. Ex φέρω.
Οἰνοφύλαξ, ακος, ὁ ϰ ἡ, vini custos.
Οἰνόφυτον, ου, τὸ, locus ubi vinum provenit, vitibus consitus, *Diod. Sic.* A φύομαι.
Οἰνοχοΐα, ας, ἡ, munus pincernæ. Ab
Οἰνοχοεύω, fut. εύσω, vinum fundo, sum pincerna. Δῶ οἰνοχοεύειν, *Il.* 20, 234. Ab οἰνοχόος. Unde
Οἰνοχοέω, ῶ, fut. ήσω, idem; ἐῳνοχόει, 3. sing. imperf. *Il.* 4, 3, pro ᾠνοχόει· οἰνοχοοῦμαι, vinum mihi ministratur.
Οἰνοχόη, ης, ἡ, vas ex quo vinum in pocula infunditur, trulla. Ab οἰνοχόος.
Οἰνοχόημα, ατος, τὸ, quod a pincerna infunditur. Ab οἰνοχοέω.
Οἰνοχόος, ου, ὁ, qui vinum infundit, pincerna. *Gl. V.* pocillator. Ex χέω.
Οἰνοχρὼς, ῶτος, ὁ ϰ ἡ, vinum colore referens. Ex χρόα.
Οἰνόχυτος, ου, ὁ ϰ ἡ, cui vinum infusum est. Ὃς μηδ' οἰνοχύτου πόματος ἥσθη, *Soph. Phil.* 714. Ex χύω, *fundo.*
Οἶνοψ, οπος, ὁ, qui vinei coloris est, rubicundus, purpureus, niger. Ex ὄψις.
Οἰνόω, ῶ, fut. ώσω, vinum facio, in vinum converto; (2) inebrio; pass. ᾠνοῦμαι, in vinum mutor; aor. 1. part. οἰνωθεὶς, in vinum mutatus; (2) inebrior; aor. 1. part. οἰνωθεὶς, inebriatus; perfect. sine augmento, οἰνωμένος, potus, *Gl. V.* temulentus, *Ph.* Μήπως οἰνωθέντες, ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν, Ἀλλήλους τρώσητε, *Odyss.* 16, 292. Ab οἶνος.
Οἰνώδης, εος, ὁ ϰ ἡ, vinosus, vinum redolens. Ab eod. Unde
Οἰνὼν, ῶνος, ὁ, cella vinaria, *Philox.*
Οἰνωπὸς, οῦ, ὁ ϰ ἡ, vel οἰνωπὸς, ἡ, ὸν, qui uvas nigricantes colore refert, qui vinei coloris est. Ex οἶνος et ὤψ.
Οἴνωσις, εως, ἡ, ebrietas. Ab οἰνόω.
Οἰνωτὸς, ἡ, ὸν, vinosus, vinarius. *Plut.* οἰνωτὸν, ex vino confectum. Ab eod.
Οἴνωτρος, ου, ὁ, palus vel pedamentum vitis, *Hes.* Ab οἶνος.
Οἴξασαν, acc. sing. aor. 1. part. act. f. g. ab οἴγω, *aperio.*
Οἰόβατος, ον, solivagus, in solitariis locis vagans.

gans. Epithetum Panis. Ex *οἶος*, *solus*, et *βαίνω*.

Οἰόβιος, ου, ὁ ἡ, qui solitariam vitam agit.

Οἰοβότας, *Dor.* pro οἰοβότης, ου, ὁ, seorsum ab aliis pascens; solitarius, in solitudine vivens. Hinc *metaph.* (2) devius. (2) νῦν δ' αὖ φρενὸς γ' οἰοβότας, nunc mentis devius. *Soph. Aj.* 615. Ex οἶος et βόσκω, *pasco*. Unde

Οἰόβοτος, ου, ὁ ἡ, ovibus pascendis aptus.

Οἰοβουκόλος, ὁ, idem quod οἰοβότης.

Οἰόγαμος, ου, ὁ ἡ, qui unas contraxit nuptias, unam habens uxorem, vel unum maritum.

Οἰόζωνος, ου, ὁ ἡ, qui est sine comitatu; (2) latro; solus. Εἰ δ' ἄνδρ' ἕν' οἰόζωνον αὐδήσει, *Soph. Œd. Tyr.* 846. Ex οἶος et ζώνη.

Οἰόθεν, *adv.* ab una tantum parte, seorsim:

Οἰόθι, *adv.* solum, seorsim. Ab οἶος

Οἰόκερως, ωτος, ὁ ἡ, unicornis.

Οἴομαι, et οἶμαι, opinor, puto, arbitror, reor; autumo, *Ph.* imperf. ᾤμην, rebar: aor. 1. ᾠήθην, credidi, existimavi. *Gl. Vet.* apud poet. per dialysin ὀΐομαι, unde ὀϊσάμενος, aor. 1. part. med. ratus, suspicatus; pass. ὀϊσθείς, suspicatus. Οἰόμενοι βλάπτειν τι, *Plato.*

Οἷον, *adv.* qualiter; ceu, utpote, utputa, tamquam, *Ph.* quasi, verbi causa, exempli gratia, quam, ut. Οἷον ... προσέμιξεν ἄφαρ, quam cito advenit, *Soph. Trach.* 821. Ab οἶος.

Οἱονανεί, *adv.* tamquam, *Ph.* quasi, ac si.

Οἱονεί, *adv.* veluti, quasi, tamquam. Ab οἷον.

Οἰονόμος, ου, ὁ, solus pascens. Ex νέμω.

Οἰοπέδη, ης, ἡ, compes, pedica.

Οἰοπέδιλος, ου, ὁ ἡ, uno indutus calceo.

Οἰοπόκος, ου, ὁ ἡ, lanam ovillam habens.

Οἰοπολέω, ῶ, solitarius sum, in solitudine versor; (2) oves pasco. Vide seq. Ποῖ οἰοπολεῖς ξανθὰν χαίταν σείων, *Eur. Cyc.* 74.

Οἰοπόλος, ου, ὁ ἡ, opilio; (2) solitarius, in deserto vivens; (3) deserta habitans. (3) οἰοπόλοι δ' εἰμέν, *Apoll. Rhod.* 1, 1322. Οἰοπόλος δαίμων, solivagus deus (Triton), *Pind. Pyth.* 4, 49. Ex οἶς, vel οἶος, et πολέω.

ΟΙ῀ΟΣ, οἴη, οἶον, solus. Οἶος ἄρ' αἰμάχθης, solus ergo neci occubuisti, *Soph. Aj.* 909.

ΟΙ῀ΟΣ, οἵα, οἷον, qualis; (2) promptus, paratus, expeditus; idoneus, aptus, accommodatus, valens. Qui potest; *item* qui cupit, studet, affectat. οἷόν τε, possibile, *Gl. V.* Hinc οἷός εἰμι, studeo, volo, paratus sum; οἷος ἦν αὖ τὰ τὰν οἰκίαν ὑφάπτειν, *Plut. in Alcibiad.* 17 Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πάθος, οἷον βλάψαι τὰς εὐφυεῖς πρὸς τὴν σύλληψιν, *Aristot. Hist. An.* 10, 1, *i. e.* tale ut lædat. Τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη, *Theophrast. Char.* περὶ Μικρολόγ' οἷος τέ εἰμι, possum; οὐχ οἷόν τε, non convenit; οὐδὲν οἷον, cum infin. nil melius quam; οἷος δήποτε, quicumque, qualiscumque; οἷα, οἷά γε, οἷα δή, utpote, quippe; οἷα, quemadmodum, sic, ita.

Ὄϊος, ovis, gen. sing. ab οἶς, *ovis*. Hinc

Ὄϊος, ovillus; οἴα δορά, pellis ovilla.

Ὀϊοφάγος, ου, ὁ ἡ, oves devorans, *Hes.* Ex οἶς et φαγεῖν.

Οἰόφρων, ον, solitarius. A φρήν.

Οἰοχίτων, ωνος, ὁ ἡ, tunicam e lana vel pelle ovina habens; (2) tunicam unicam habens, *Hes. Op.* 14, 489. Ex οἶς, vel οἶος, et χιτών.

Οἰόω, ῶ, fut. ώσω, desolo, destruo, viduo; a. 1. pass. οἰώθη, sine augm. *apud Hom.* οἰωθῆναι, infin. destitui. Τρώων οἰώθη, *Il* 6, 1. Ab οἶος.

Ὀΐσπωτον, τὸ, ovillum fimum, *Poll.*

ΟΙ῀Σ, οἰός, vel ὄϊς, ὄϊος, ἡ, ovis; acc. ὄϊν et οἶν.

Οἴσατο, *palavit*, 3. sing. aor. 1. ind. med. *Ion.* pro ᾤσατο, ab οἴομαι.

Οἶσε, *fer*, 2. sing. præs. imperat. act. v. οἴω.

Οἰσέμεναι, fut. 1. inf. med. v. οἴω pro φέρω, *fero.*

Οἰσεῦμες, 1. plur. fut. 1. ind. act. *Dor.* et *Æol.* pro οἴσομεν, a verbo eod.

Οἴσῃ, 2. sing. fut. 1. ind. med. *Att. Ion.* et *Dor.* pro οἴσεαι, a verbo eod.

Οἶσθα, *nosti*, 2. sing. perf. ind. med. *per Sync.* pro οἴδασθαι, quod *Æol.* dicitur pro οἶδας, ab εἴδω, *scio*.

Οἰσθείς, a. 1. part. pass. verbi οἴομαι, *suspicor.*

Οἰσόκαρπον, ου, τὸ, fructus seu granum viminis. Ex οἰσός et καρπός.

Οἶσμα, τὸ, elatio, *Gaz.*

Οἴσομαι, fut. 1. ind. med. verbi οἴω.

Οἰσόμεσθα, *feremus*, 1. plur. fut. 1. ind. med. *Dor.* pro οἰσόμεθα.

ΟΙ῀ΣΟΝ, ου, τὸ, funis nauticus, retinaculum; (2) funis.

Οἰσός, οῦ, vel οἶσος, ου, ὁ, frutex quidam, vimen, salix, *Eust.* Alias οἰσύα.

Οἴσουσιν, 3. plur. fut. 1. ind. act. cum ν.

Οἰσοφάγος, ου, ὁ, œsophagus, stomachus, gula. Ex οἴσω ab οἴω, et φαγεῖν.

Οἰσπάτη, ης, ἡ, sordes ovium, sordes lanarum, *Hes. Suid.* Ex οἶς et πατέω.

Οἴσπη, ης, ἡ, idem.

Οἰσπώτη, ης, ἡ, idem.

Ὀϊσσάμενον, *ratum*, acc. sing. aor. 1. part. med. *Poet.* pro ὀϊσάμενον, ab ὀΐομαι.

Οἰστέον, ferendum est. Ab οἴσω, *feram.*

Ὀΐστευμα, ατος, τὸ, sagitta, jaculum; (2) sagitta emissa. Ab ὀϊστεύω.

Ὀϊστευτήρ, ῆρος, ὁ, sagittarius. Ab eod.

Ὀϊστευτής, οῦ, ὁ, idem et ab eod. *Rob.*

Ὀϊστεύω, fut. εύσω, sagitta peto, sagitta ferio, sagittam emitto, sagitto. Ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο, *Il.* 4. 100. Ab ὀϊστός.

Οἰστικός, ferax: ab οἴσω, fut. verbi φέρω. Τὴν δὲ εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν, τὴν τῶν φρονίμων οἰστικὴν ... Atticam feracem esse ingeniorum propter tempestatum et aeris temperamentum, *Procl. Comment. in Timæum Platonis*, 50, 12.

Οἰστικῶς, *adv.* ferendo, tolerando. Οἰστικῶς ἔχειν, ferre, ferax esse. Πατρίδα ἡγησάμενος τὴν πλείονας εὖ ἐχόντων πρὸς τὸ μανθάνειν οἰστικῶς ἔχουσαν χώραν, patriam esse existimans regionem, quæ plures studiosos et discendi cupidos haberet et comprobaret, *Jamblich in Pyth.* 5. Hunc locum non intellexerunt interpres et Kusterus. Vide οἰστικός.

Ὀϊστοβόλος, ὁ, jaculator, *Ep.* Ab ὀϊστός et βάλλω.

Ὀϊστοδέγμων, ὁ ἡ, epith. pharetræ. A δέχομαι.

Ὀϊστοδόκη, ης, ἡ, pharetra.

[illegible], ης, ἡ, idem.

[illegible], ου, ὁ, sagittas curans. Ex κομέω.

[illegible], ή, όν, qui ferri potest, tolerabilis. *Gl. V.*

[illegible], ferendum. Ab οἴσω.

Ὀϊστός, οῦ, ὁ, sagitta, jaculum. *Gl. V.* missile. Ab eod.

Ὀϊστοῦχος, ου, ὁ ἡ, sagittas continens, sagittas in se habens. Epith. pharetræ; seu *subst.* pro ipsa. Ab ἔχω.

Οἰστράω, ῶ, f. ήσω, œstro seu asilo agitor; part. aor. 1. οἰστρήσας, furens, furibundus, œstro incitatus. Ab οἶστρος. Unde

Οἰστρέω, ῶ, fut. ήσω, œstro agito, stimulo; pass. οἰστροῦμαι, œstro agitor; οἰστρηθείς, a. 1. part. œstro percitus, furore agitatus. Ἐκ δὲ θάλασσας Οἰστρεῖ, prosilit, *Theoc.* 6, 28. Νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν, *Soph. Trach.* 653.

Οἰστρηδόν, *adv.* more eorum qui œstro agitantur; furiose. Ab eod.

Οἰστρηθέντος, gen. sing. aor. 1. part. pass. verbi οἰστρέω.

Οἰστρήεις, ήεσσα, ῆεν, œstro percitus; furiosus, insanus, *Nonn.* Ab eod.

Οἰστρηλασία, ας, ἡ, stimuli œstri, quibus aliquis agitatur, furor. Ex οἶστρος et ἐλασία

Οἰστρηλατέω, ῶ, fut. ήσω, œstro agito. *Gl. V.* exagito; pass. οἰστρηλατεῖσθαι, œstro exerceri, furore agitari. Ex οἶστρος et ἐλαύνω.

Οἰστρήλατος, ὁ ἡ, œstro agitatus. Ab iisd.

Οἴστρημα, ατος, τὸ, œstrum, stimulus quo quis velut œstro agitatur; (2) furor ipse, furiosa incitatio. Ab οἰστρέω. Unde

Οἴστρησις, εως, ἡ, stimulatio: *pl.* οἰστρήσεις, insani mulierum amores, *Suid.*

Οἰστροβολέω, ῶ, fut. ήσω, œstro exagito, stimulo. Ex οἶστρος et βάλλω.

Οἰστροδίνητος, ου, ὁ ἡ, qui ab œstro ictus in gyrum agitur et rotatur, *Æsch. Pr.* 594. (2) vehementer a ventis agitatus. A δινέω.

Οἰστροδόνητος, et οἰστρόδονος, ον, idem. A δονέω.

Οἰστρομανής, ές, idem quod οἰστρόπληξ, *Sibyl.*

Οἰστρομανία, ας, ἡ, furor, *Ph.*

Οἰστροπλήξ, ῆγος, ὁ ἡ, œstro ictus, furore percitus, qui œstro vel furore agitatur. *Gl. V.* furiosus. Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης, *Soph. El.* 5. Ex seq. et πλήσσω.

ΟΙ῀ΣΤΡΟΣ, ου, ὁ, œstrus. *Ph.* tabanus, asilus; (2) furor, insania; (3) irritatio, cupiditas vehemens. Βουκλάτην μύωπα, κινητήριον, οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλου παῖδες, *Æschyl. Supp.* 313.

Οἰστροφόρος, ου, ὁ ἡ, œstrum seu stimulum ferens; ad Venerem et lasciviam incitans.

Οἰστρόω, ῶ, œstro stimulo; instigo, *Suid.* Ab οἶστρος. Unde

Οἰστρώδης, εος, ὁ ἡ, œstro agitatus, furiosus.

ΟΙ῀ΣΥΑ, ας, ἡ, salix; vimen, *Ph.* Hinc

Οἰσύϊνος, ίνη, ινον, salignus, vimineus.

Οἰσυοπλόκος, ου, ὁ, qui salices vel vimina contexit. Ex οἰσύα et πλέκω, *necto.*

Οἰσυουργός, οῦ, ὁ ἡ, idem. Ex ἔργον.

Οἰσύπιον, ου, τὸ, sordida ovium lana, *Hes.* Ab

Οἰσύπη, ης, ἡ, ovium sordes, fimus. Ab οἶς.

Οἰσυπηρός, ρά, ρόν, sordes ovinas redolens:

Οἰσυπίς, ίδος, ἡ, idem quod οἰσύπη.

Οἴσυπος, ου, ὁ, idem, *Gl. V.*

Οἰσυπόω, ῶ. Hinc ἔρια οἰσυπῶντα, lanæ sordidæ, *Suicer.* (sed hoc potius ad οἰσυπόεις videtur referendum, *Ern.*) Ab eod.

Οἰσυπώδης, εος, ὁ ἡ, idem quod οἰσυπηρός.

Οἰσύς, ύος, ἡ, vimen, *Gl. V.*

Οἴσω, *feram*, fut. 1. ind. act. verbi φέρω pro οἴω.

Οἶτος, ου, ὁ, ærumna, calamitas, exitium; infelix fatum; interitus, mors. Οἶτος κακῶν, ærumnæ, *Soph. El.* 168. Ab οἴ.

Οἰφάω, ῶ, idem quod

ΟΙ΄ΦΕΩ, ῶ, coëo. Hinc

Οἰφόλης, ου, ὁ, pronus in Venerem, libidinosus, *Eust.* οἰφωλής, *Sch. Theoc. Voss.*

Οἰφόλις, ιδος, ἡ, libidinosa, *Hes.* A præc.

Οἴφω et οἴφομαι, idem quod οἰφέω, *Eust.*

Οἰχέοντι, 3. plur. præs. ind. act. *Dor.* pro οἰχέουσι, ab οἰχέω.

Οἴχεσθαι, *abire*, præs. inf. med. verbi οἴχομαι.

Οἰχηνται, 3. plur. perf. ind. pass. *Ion.* pro [illegible]

Οἰχήσεται, *abibit*, 3. sing. fut. 1. ind. med.

Οἰχθεῖσα, *operta*, nom. sing. aor. 1. part. pass. f. g. verbi οἴγω.

Οἴχνεσκεν, 3. sing. imperf. ind. act. *Dor.* et cum ν ἐφελκ. pro ᾤχνει, ab οἰχνέω.

Οἰχνεῦσιν, *abeunt*, 3. plur. præs. ind. act. *Dor.* et cum ν ἐφελκ. pro οἰχνοῦσι, a verbo eod.

Οἰχνέω, ῶ, abeo, prodeo, discedo, proficiscor; οἴχνεσκον, imperf. *Ion.* exibant, prodibant. Ab οἴχομαι.

Οἰχοίατο, *abeant*, 3. plur. præs. opt. med. *Ion.* pro οἴχοιντο, ab

ΟΙ΄ΧΟΜΑΙ, fut. οἰχήσομαι, perf. ᾤχηκα, abeo, discedo, proficiscor; decedo; pereo; dissipor, ut pecunia; invenitur et perf. ὄχωκα, unde ὀχωκυῖαι, part. fœm. profectæ, *apud Herodot.* οἰχώκει, abierat, *ap. eund.* οἴχωκα, perii, *Soph. Aj.* 911. Οἴχεσθαι κήρυξ παρὰ τοῖς βοῶτης, *ad Aristoph. Av.* 1274. Αὕτη ἡμῖν οἴχεται, *Id. Plut.* 618. Ἀλλ' ἥ χ' οὗτος οἴχεται θανών, *Soph. Phil.* 413.

Οἴχωκε, 3. sing. perf. ind. act. *Ion.* et *Att.* pro ᾤχηκε, ab οἴχομαι pro οἰχέω, *abeo.*

Οἰχώκει, *ierat*, 3. sing. plusq. perf. ind. act. *Ion.* et *Att.* pro ᾠχώκει, a verbo eod.

Οἴω et οἴω, puto, existimo. Ἀλλά μιν οἴω φεύξεσθαι δύο παῖδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο, *Hesiod. Scut.* 111.

Ὀΐων, *ovium*, gen. plur. ab ὄϊς, *ovis.*

Οἰωνίζομαι, fut. ίσομαι, augurium capio, auspicium opera utor; auguror, ominor, auspicor, *Gl. V.* (2) ut malum omen aversor. Οἰωνισάμενος τὸ συμπτωμα, *Aristot.*

Οἰωνικός, ή, όν, auguralis. Hinc ἡ οἰωνική, scil. ἐπιστήμη, ars divinandi seu augurandi, augurum disciplina. Ab οἰωνός.

Οἰωνισάμην, aor. 1. ind. med. verbi οἰωνίζομαι.

Οἰώνισμα, ατος, τὸ, augurium, auspicium, omen. Ab οἰωνίζομαι. Unde

Οἰωνισμός,

Οἰωνισμὸς, ῦ, ὁ, auspicium, *Philox.*

Οἰωνιστήριον, ου, τὸ, unde augurium capimus; (2) signum, quale est omen; (3) locus in quo augures augurium capiunt, auguraculum. Ab eod.

Οἰωνιστὴς, ῦ, ὁ, augur, auspex, *Il.* 2, 858. Ab eod. Hinc

Οἰωνιστικὸς, ή, όν, ad augurem seu augurium pertinens; auspicalis, *Ph.*

Οἰωνόβρωτος, ου, ὁ ἢ ἡ, ab avibus comestus, quem alites depasti sunt. Ex βρώσκω.

Οἰωνοθέτης, ου, ὁ, ex avium gustu seu pastu augurans; augur, *Soph. Œd. Tyr.* 484. Ex οἰωνὸς et τίθημι.

Οἰωνόθροος, avium voce editus; γόος, *Æsch. Ag.* 56. cantus lugubris avium. A θρέω.

Οἰωνοκτόνος, ὁ ἢ ἡ, avibus exitialis. A κτείνω.

Οἰωνομαντεία, ας, ἡ, vaticinatio, seu vaticinium ex auspiciis, augurium.

Οἰωνομαντικὸς, ή, όν, ad auguria pertinens. Hinc ἡ οἰωνομαντικὴ, ῆς, sc. ἐπιστήμη, ars sive scientia augurandi. Ab

Οἰωνόμαντις, εως, ὁ vel ἡ, augur.

Οἰωνόμικτος, ον, aliquid ex avium natura habens, h. e. alatus, ut Pegasus.

Οἰωνοπόλησις, εως, ἡ, aruspicium. *Gl. V.* auspicium; quasi ab οἰωνοπολέω.

Οἰωνοπολία, ας, ἡ, oscinium. *Gl. V.* auspicium. Ab

Οἰωνοπόλος, ου, ὁ, qui circa aves versatur; augur, auspex, *Gl. V.* Ex πολέω.

ΟΙ'ΩΝΟ'Σ, ῦ, ὁ, avis, volucris; ales, *Gl. V.* (2) augurium, auspicium; omen, *Philox.*

Οἰωνοσκοπεῖον, ου, τὸ, auguraculum, locus ubi augures auguria capiunt. Ab οἰωνοσκόπος. Unde

Οἰωνοσκοπέω, ῶ, auguror, auspicor, *Gl. V.* οἰωνοσκοποῦμαι, augurium ago. Hinc

Οἰωνοσκόπημα, ατος, τὸ, auspicium, augurium.

Οἰωνοσκοπητικὸς, ή, όν, auguralis.

Οἰωνοσκοπία, ας, ἡ, auspicium, augurium:

Οἰωνοσκοπικὸς, ή, όν, auguralis, auspicalis:

Οἰωνοσκόπιον, ου, τὸ, auspicium, *Ph.* Ab

Οἰωνοσκόπος, ου, ὁ, auspex, augur. *Ph.* qui ex avium potissimum carnivorarum volatu et pastu vaticinatur. Ex οἰωνὸς et σκοπός.

Οἴως, *adv.* quemadmodum, quomodo. Ab οἷος.

Οἰωτὸς χιτὼν, tunica lanea, *Hes.* Ab οἶς.

Ὀκείλαντες, nom. plur. aor. 1. part. act. verbi

Ὀκέλλω, appello, applico navem; a. 1. ὤκειλα, appuli, applicui; inf. ὀκεῖλαι, appellere, applicuisse. Δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν πρὸς γῆν, *Eur. Iphig. in Taur.* 1384. A κέλλω.

Ὄκκα, *Dor.* pro ὅτε, quum, quando.

Ὀκλαδία, ας, ἡ, genuum flexio. Ab ὀκλάζω.

Ὀκλαδίας, ου, ὁ, qui genua flectit, et ea incurvans subsidit; (2) sella, quæ plicari potest.

Ὀκλαδιάω, ῶ, genibus flexis subsido. A præc.

Ὀκλαδὸν, *adv.* genu flexo. Ab

ὈΚΛΑ'ΖΩ, f. άσω, in genua procumbo, genibus flexis subsido; *metaph.* labasco, succumbo, deficio. Εἰς γόνυ ὀκλάσας, *Hesiod.* Ὁ δὲ ἄνεμος τῆς ἄγαν φορᾶς ὤκλασε, *Id.*

Ὀκλὰξ, *adv.* flexo genu, curvatis genibus.

Ὄκλασις, εως, ἡ, genuum flexus. Ab ὀκλάζω.

Ὄκλασμα, ατος, τὸ, idem; (2) saltationis genus. Ab eod.

Ὀκλαστὶ, *adv.* genibus flexis, *Suid.* Ab eod.

Ὀκναλέος, piger. Ab ὄκνος.

Ὀκναλέως, *adv.* segniter, pigre, timide, verecunde, cunctanter.

Ὀκνείω, piger sum. Ab ὀκνέω.

Ὀκνέω, ῶ, fut. ήσω, piget me, piger sum; (2) vereor, non audeo, dubito; timeo, metuo, seu gravor. Ὀκνῶ εἰπεῖν, *Luc.* ὀνομάσαι, *Dem.* γράφειν, *Aristot.* Ab ὄκνος.

Ὀκνηρία, ας, ἡ, pigritia. Ab

Ὀκνηρὸς, ρὰ, ρὸν, piger, segnis, ignavus; (2) timidus, meticulosus, cunctabundus; (3) cujus aliquem piget. Ab ὄκνος, seu ὀκνέω.

Ὀκνηρῶς, *adv.* pigre, segniter.

Ὀκνητέον, *adv. posit.* pigrandum, reformidandum.

Ὀκνία, ας, ἡ, pigritia, *Poll.* Ab

ὌΚΝΟΣ, ου, ὁ, pigritia, ignavia, segnities; (2) metus adeundi laboris; (3) metus, timor; (4) species ardeæ admodum pigræ. Ὁ δ' ἀστερίας, ὁ ἐπικαλούμενος ὀκνὸς [non ὄκνος] μυθολογεῖται μὲν γενέσθαι ἐκ δούλων τὸ ἀρχαῖον, ἐστὶ δὲ κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν τούτων ἀργότατος, *Aristot.*

Ὀκνόφιλος, ου, ὁ ἢ ἡ, pigritiam amans.

Ὀκνώδης, εος, ὁ ἢ ἡ, piger, segnis; (2) timidus; ignavis. Ab ὄκνος.

Ὀκόθεν, *Ion.* pro ὁπόθεν, unde.

Ὀκοῖα, *Dor.* pro ὁποῖα, *qualis* vel *qualia.*

Ὀκοῖος, η, ον, *Ion.* pro ὁποῖος, qualis.

Ὀκόσος, η, ον, *Ion.* pro ὁπόσος, quantus.

Ὀκότε, *Ion.* pro ὁπότε, quando.

Ὀκοῦ, *Ion.* pro ὅπου, ubi.

Ὀκριάομαι, ῶμαι, exasperor; ὀκριόωντο, 3. plur. imperf. *ap. Hom.* exasperabantur, *Odyss.* 18, 33. Ab ὄκρις.

ὈΚΡΙ'ΒΑΣ, αντος, ὁ, pulpitum, instrumentum pictorum; (2) suggestus, e quo oratores verba faciunt; (3) pegma, in quo pictores imagines formant; (4) fulcrum lignei theatri; (5) asinus; (6) aries silvestris; (7) scala, qua utimur ad conscendenda loca prærupta. Ex ὄκρις et βαίνω.

Ὀκριοειδὴς, έος, ὁ ἢ ἡ, prominentias longiores habens. Ex ὄκρις et εἶδος.

Ὀκριόεις, όεσσα, όεν, idem; (2) asper, *Il.* 4, 518.

Ὄκρις, ιος, ἡ, summum cacumen, *Æsch. Pr.* 990. Ab ἄκρις, idem.

Ὀκρυόεις, εσσα, εν, frigidus, algidus; (2) horridus, horribilis, aversandus. (2) δᾶερ ἐμεῖο, κυνὸς κακομηχάνου, ὀκρυοέσσης, *Il.* 6, 344.

Ὀκτάβλωμος, ου, ὁ ἢ ἡ, qui octo buccellarum est.

Ὀκταδάκτυλος, ον, octo digitorum.

Ὀκτάεδρος, ου, ὁ ἢ ἡ, epith. corporis geometrici octo latera habentis. Ex ὀκτὼ et ἕδρα.

Ὀκταετηρὶς, ίδος, ἡ, octennium. Ex eod. et ἔτος. Unde

Ὀκταέτης, εος, ὁ, octennis.

Ὀκταέτις, ιδος, ἡ, fœm. præcedentis.

Ὀκταήμερος, ου, ὁ ἢ ἡ, qui octo dierum est; (2) qui octavæ diei est. Ex ὀκτὼ et ἡμέρα.

Ὀκτάκις, *adv.* octies. Ab ὀκτώ.

Ὀκτακισμύριοι, οἱ, octoginta millia.

Ὀκτακισχιλίη ἀσπὶς, *apud Herodot.* pro ὀκτακισχίλιοι ἀσπιδοφόροι, octo millia scutatorum.

Ὀκτακισχίλιοι, ιαι, ια, octies mille.

Ὀκτάκνημος, ου, ὁ ἢ ἡ, octo radios habens, *Il.* 5, 723. Ex ὀκτὼ et κνήμη.

Ὀκτακόσιοι, ιαι, ια, octingenti. Ab ὀκτώ.

Ὀκτακότυλος, ον, octo cotylas habens, capiens. Ex eod. et κοτύλη.

Ὀκτάκωλος, ον, octo cola habens. *Vox Gramm.* Ex eod. et κῶλον.

Ὀκτάμετρος, ου, ὁ ἢ ἡ, octo versibus constans.

Ὀκταμηνιαῖος, αία, αῖον, octavum mensem agens, octavo mense natus. Ab

Ὀκτάμηνος, ου, ὁ ἢ ἡ, qui octo mensium est. Ex ὀκτὼ et μὴν, *mensis.*

Ὀκτάπηχυς, εος, ὁ ἢ ἡ, qui octo cubitorum est.

Ὀκταπλάσιος, ία, ιον, octuplus, octuplicatus.

Ὀκταπλασίων, ονος, ὁ ἢ ἡ, idem.

Ὀκτάπλεθρος, ον, octo jugera habens.

Ὀκταπλοῦν, octuplum, *Gl. V.* Ab ὀκτώ.

Ὀκτάποδος, ου, ὁ, octipes, octo pedes habens. Ex ὀκτὼ et ποῦς.

Ὀκτάπους, οδος, ὁ ἢ ἡ, idem; *Gl. V.* multipes, polypus. Ex iisd.

Ὀκτάρριζος, ου, ὁ ἢ ἡ, octo radices habens. Ex ῥίζα.

Ὀκτάρυμος, vel ὀκτάῤῥυμος, ου, ὁ ἢ ἡ, octojugis, octo temones habens.

Ὀκτάσημος, ον, octo tempora habens; ὀκτάχρονος, de numeris et pedibus in prosodia. A σῆμα. Vide τρίσημος.

Ὀκταστάδιος, ου, ὁ ἢ ἡ, seu ὀκτωστάδιος, octo stadia, i. e. milliare, continens.

Ὀκτάστυλος, ου, ὁ ἢ ἡ, octo columnas habens.

Ὀκτάτονος, ου, ὁ ἢ ἡ, octuplex, epith. cirrorum, *Epigr.* Ex τείνω.

Ὀκτήρης, εος, ὁ ἢ ἡ, octo remorum ordines habens. Ex ὀκτὼ et ἐρέσσω, *remigo.*

ὈΚΤΩ', οἱ, αἱ, τὰ, octo; ὁ ὀκτὼ ἀριθμὸς, numerus octonarius.

Ὀκτωδάκτυλος, ου, ὁ ἢ ἡ, vel ὀκταδάκτυλος, octo digitos habens.

Ὀκτωκαίδεκα, οἱ, αἱ, τὰ, octodecim.

Ὀκτωκαιδεκάδραχμος, ον, duodeviginti drachmas valens. A δραχμή.

Ὀκτωκαιδεκαέτης, εος, ὁ, octodecim annos natus. Ex ἔτος.

Ὀκτωκαιδεκάπηχυς, εος, ὁ ἢ ἡ, octodecim cubitorum.

Ὀκτωκαιδέκατος, άτη, ατον, decimus octavus.

Ὀκτωκαιδεκέτης, εος, ὁ, octodecim annos natus. Ex ἔτος.

Ὀκτωκαιδεκέτις, ιδος, ἡ, fœm. præcedentis.

Ὀκτώμηνος, ου, ὁ ἢ ἡ, qui octo mensium est. Ex ὀκτὼ et μήν.

Ὀκτώπηχυς, εος, ὁ ἢ ἡ, qui octo cubitorum est.

Ὀκτώπους, οδος, ὁ ἢ ἡ, octipes.

Ὀκτώραβδος, ου, ὁ ἢ ἡ, octo virgas habens.

Ὀχέω, ῶ, subeo, sustineo; (2) exhaurio, exantlo; ὀχέομαι, οῦμαι, sustineor ab aliquo, vel ei insideo; ὀχήσασθαι, aor. 1. med. insidere, vel insedisse, *Suid.* Ab ὄχος.

Ὀχὴ, ῆς, ἡ, fulcrum, sustentaculum; baculus, cui innitimur, *Hes. Suid.* Ab

Ὄχος, ου, ὁ, vehiculum, currus.

Ὀκωχεύω, remitto, intermitto.

Ὀκωχὴ, ἡ, remissio, intermissio, *E. M.* a perf. antiq. ὄκωχα, ab ἔχω.

Ὄκως, ut, postquam; *Ion.* pro ὅπως. Sed alium etiam usum habet istud vocabulum, qui non datur illi ὅπως, cum, *vel* quoties. Ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθεν, ὄκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν, quippe solitus erat, quoties regina vocaret accedere, *Herod.* 1, 11. Καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου, ὄκως ἐπειρώατο ἀλλήλων, quo ex tempore, quoties se invicem bello experti sunt, *Id. ibid.* 68. Τοῦτον ὄκως μεταπέμψαιτο, hunc cum ad se accersisset, *Id. ibid.* 100.

Ὀλαὶ, αἱ, idem quod οὐλαὶ, hordeum, *Hes.*

Ὀλάργυρος, ου, ὁ ἢ ἡ, totus argenteus, e solido argento.

Ὀλβήεις, εσσα, εν, idem quod ὄλβιος, *Man.*

Ὀλβιάζω, beo, beatum prædico, judico, *Lex. Vulg.* Ab ὄλβιος.

Ὀλβίζω, fut. ίσω, idem. Μηδὲν ὀλβίζειν, πρὶν ἂν τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, *Soph. Œd. Tyr.* ult.

Ὀλβίζομαι, beatus prædicor; (2) dives sum. (2) οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι, Ἑλλάδος νεανίαι, *Eurip. Iphig. in Aul.* 51. Vide τὰ πρῶτα in πρῶτος. Ab ὄλβος.

Ὀλβιογάστωρ, ορος, ὁ ἢ ἡ, ventre beatus, qui bene curato ventre se beatum putat.

Ὀλβιοδαίμων, ονος, ὁ ἢ ἡ, fortunatus, felix.

Ὀλβιόδωρος, ου, ὁ ἢ ἡ, felicitatem adferens, beatum reddens. Ex δῶρον.

Ὀλβιοδώτης, vel ὀλβιοδότης, ου, ὁ, et ὀλβιοδῶτις, ἡ, fœm. Vide ὀλβοδότης.

Ὀλβιοεργὸς, οῦ, ὁ ἢ ἡ, beatum et felicem efficiens. Ex ἔργον.

Ὀλβιόθυμος, ὁ ἢ ἡ, felix, beatus animi.

Ὀλβιόκοσμος, ου, ὁ ἢ ἡ, mundum beatum efficiens.

Ὀλβιόμοιρος, ου, ὁ ἢ ἡ, cui beata portio est. Epith. terræ. Ex μοῖρα.

Ὄλβιος, ου, ὁ ἢ ἡ, beatus, felix, fortunatus. *Gl. V.* dives, locuples. Ab ὄλβος.

Ὀλβιόφρουρος, ου, ὁ ἢ ἡ, bona servans et custodiens.

Ὀλβιόφρων, ονος, ὁ ἢ ἡ, opulentus; (2) felix. Ex φρήν.

Ὀλβιόχειρος, ον, felices, salutares manus habens, felix.

Ὄλβιστος, η, ον, felix, *Dionys.* Ab ὄλβος.

Ὀλβίως, *adv.* feliciter, *Soph.*

Ὀλβοδότειρα, ας, ἡ, divitiarum donatrix; effectrix beatæ vitæ. Ab

Ὀλβοδότης, ου, ὁ ἢ ἡ, divitiarum dator.

Ὀλβοδότις, fœm. præced.

Ὀλβοδοτὴρ, ῆρος, divitiarum dator, *Steph.*

Ὀλβομελάθρος, ον, felix in ædibus, *Man.*

Ὀλβονομέω, feliciter rego, *Man.*

ὌΛΒΟΣ, ου, ὁ, beatitudo, felicitas; (2) fortunæ, opes, divitiæ, opulentia.

Ὀλβοφόρος,

Ὀλβοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, divitias seu beatitudinem adferens. Ex φέρω.

Ὀλέεσκον, *perdebam*, imperf. ind. act. *Ion.* pro ὤλεον, ab ὀλέω.

Ὀλέθριος, ου, ὁ καὶ ἡ, exitialis, lethalis, perniciosus. Ὀλεθρίαν φέρειν, elliptice pro ὀλεθρίαν μοῖραν, exitium illi ferat, *Soph. Aj.* 8.0. Ab ὄλεθρος.

Ὀλεθρίως, *adv.* perniciose, cum sua pernicie.

Ὀλεθροποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, perniciem adferens, exitiosus, perniciosus. Ex ποιέω.

Ὄλεθρος, ου, ὁ, pernicies, exitium, strages, mors; (2) homo perniciosus et exitialis, nullius frugi. Ab ὄλλυμι, *perdo.*

Ὀλεῖς, 2. sing. fut. *Att.* pro ὀλέσεις, perdes, *Soph. Phil.* 1388.

Ὀλεῖται, *peribit*, 3. sing. f. 2. ind. med. verbi ὄλλυμι, pro ὀλέω, pereo.

Ὄλεκεν, *perdebat*, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* et cum ν ἐφελκ. pro ὤλεκεν, ab ὀλέκω.

Ὀλέκρανον, ου, τὸ, caput cubiti, i. e. eminens et protuberans cubiti pars; alias ὠλέκρανον. Ex ὠλένη, *cubitus*, et κράνιον, *caput.*

Ὀλέκω, perdo, exitium adfero, perimo; ὀλέκομαι, intereo; ὀλέκοντο, 3. pl. imperf. moriebantur. Πεζοὶ μὲν πεζοὺς ὄλεκον, *Il.* 11, 150. Ὀλέκοντο δὲ λαοὶ, *Ib.* 1, 10. Ab ὀλέω.

Ὀλερὸν, graveolens vel nigrum, ab ὄλος, quod est atramentum sepiæ, *Gal.*

Ὀλέσειε, *periat*, vel *perdiderit*, 3. sing. aor. 1. opt. act. *Æol.* pro ὀλέσαι, ab ὄλλυμι pro ὀλέω.

Ὀλεσήνωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, viros perdens, hominibus perniciem adferens. Ex ὄλλυμι et ἀνήρ.

Ὀλέσῃς, 2. sing. aor. 1. conj. act. verbi ὄλλυμι pro ὀλέω.

Ὀλέσθαι, *periisse*, aor. 2. inf. med. verbi eod.

Ὀλεσίβωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, agris nocens.

Ὀλεσίθηρ, idem quod ὀλεσίθηρος. Ὀλεσίθηρ ὠλένη. Κρᾶτα φόνιον ὀλεσίθηρος ὠλένας (*Dorice* pro ὠλένης) δικὼν βολαῖς, *Eurip. Phœn.* 668.

Ὀλεσίθηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, feris perniciem adferens, perimens feras. Ex ὀλλύω et θήρ.

Ὀλεσίμβροτος, ον, hominibus noxius.

Ὀλεσίπτολις, ἡ, perdens urbes, *Tryph.*

Ὀλεσιτύραννος, *Poet.* ὀλεσσιτύραννος, ου, ὁ καὶ ἡ, tyrannis perniciem afferens, tyrannos occidens.

Ὀλέσκω, perdo, *Suid.* ubi ὀλέσκει, ὀλοθρεύει.

Ὄλεσσε, *perdidit*, 3. sing. a. 1. ind. act. *Ion.* et *Poet.* pro ὤλεσε, a verbo ὄλλυμι, pro ὀλέω.

Ὀλέσσῃ, *perdat*, vel *perdiderit*, 3. sing. a. ejusd. in conj. act. *Poet.* pro ὀλέσῃ, a verbo eod.

Ὀλέσσω, *perdam*, f. 1. ind. act. *Poet.* pro ὀλέσω.

Ὀλέτειρα, ας, ἡ, perditrix. *Ph.* interfectrix. Ab

Ὀλετὴρ, ῆρος, ὁ, interfector, qui perdit. Ὄφρα φίλης κεφαλῆς ὀλετῆρα κιχείω Ἕκτορα, *Il.* 18, 114. Ab ὄλλυμι.

Ὀλέω, inus. unde imperf. *Ion.* ὀλέεσκε, perdebat, *Il.* 19, 135. Hinc et f. ὀλέσω, *item* verba ὀλέκω, ὀλέσκω, ὄλλυμι.

Ὄληαι, *pereas*, 2. sing. aor. 2. conj. med. *Ion.* pro ὄλῃσαι, ab ὄλλυμι, pro ὀλέω, *perdo.*

Ὀλιγαιμία, ας, ἡ, sanguinis paucitas, inopia, defectus. Ab

Ὀλίγαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui sanguinis inopia laborat, cui parum est sanguinis. Ex ὀλίγος et αἷμα.

Ὀλιγάκις, *adv.* raro. Ab ὀλίγος.

Ὀλιγάμπελος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucas vites habens.

Ὀλιγανδρέω, ῶ, virorum paucitate laboro; ὀλιγανδρεῶν, ὀλιγανδροῦσα, ὀλιγανδροῦν, paucitate virorum laborans. Ex ὀλίγος et ἀνήρ.

Ὀλιγανδρία, ας, ἡ, virorum paucitas et penuria. Ex iisd.

Ὀλιγανθρωπία, ας, ἡ, raritas et penuria hominum. Ab

Ὀλιγάνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, non frequens hominibus.

Ὀλιγαριστία, ας, ἡ, prandium præparcum et paucis cibis constans. Ex ὀλίγος et ἄριστον.

Ὀλιγάρκεια, ας, ἡ, animus paucis contentus. Ab

Ὀλιγαρκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, paucis necessitatibus par, sufficiens; (2) paucis contentus, frugalis; τὸ ὀλιγαρκὲς, frugalitas. Ex ὀλίγος et ἀρκέω.

Ὀλιγαρκία, ας, ἡ, idem quod ὀλιγάρκεια.

Ὀλιγαρτία, ας, ἡ, penuria panis. Ex ὀλίγος et ἄρτος.

Ὀλιγαρχέω, ῶ, unde ὀλιγαρχοῦντες, pauci dominatum obtinentes; ὀλιγαρχεῖσθαι, a dominatu paucorum regi: πόλεις ὀλιγαρχούμεναι, civitates paucorum dominatu subditæ. Ex ὀλίγος et ἀρχή.

Ὀλιγαρχία, ας, ἡ, paucorum dominatus. *Gl. V.* paucorum principatus, *item* studium, affectatio oligarchiæ. Ex iisd.

Ὀλιγαρχικὸς, ἡ, όν, ad paucorum dominatum pertinens; (2) paucorum dominatui sive oligarchiæ favens. Ex iisd.

Ὀλιγαρχικῶς, *adv.* more civitatis in qua est ὀλιγαρχία.

Ὀλιγαύλαξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, paucos habens sulcos; paucos agros, *Suid.*

Ὀλιγαχόθεν, *adv.* ex paucis locis. Ab ὀλίγος.

Ὀλιγαχοῦ, *adv.* paucis in locis. Ab eod.

Ὀλιγήμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui est paucorum dierum, *Suicer.* Ex ὀλίγος et ἡμέρα.

Ὀλιγηπελέω, parum valeo, infirmus sum; ὀλιγηπελέων, viribus defectus, *Il.* 15, 24; et ὀλιγηπελέουσα, viribus defecta, *Od.* 19, 356. Ex ὀλίγος et πέλω. Unde

Ὀλιγηπελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, animis deficiens, viribus destitutus, infirmus, debilis.

Ὀλιγηπελίη, ης, ἡ, *Poet.* et *Ion.* pro ὀλιγοπελία, ας, ἡ, virium defectus, imbecillitas.

Ὀλιγηρὴς, ὲς, exiguus, *Nic.*

Ὀλιγήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, habens parvum sepulchrum. Ex ὀλίγος et ἠρίον.

Ὀλιγηροσίη, ης, ἡ, *Ion.* pro ὀλιγηροσία, tenue arvum, *Suid.* Ex ὀλίγος et ἄροσις.

Ὀλιγησιπύης, cui pera medice refertu est cibis, pauper. Αἶ σὺ . . . Θείης εὐσιπύης ἐξ ὀλιγησιπύων, *Analect. Brunckii*, 1, 222.

Ὀλιγίστατος, minimus. Ab

Ὀλίγιστος, η, ον, idem. Superl. ab ὀλίγος.

Ὀλιγίστως, *adv.* minimo numero, perparum.

Ὀλιγόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, non diu vivens.

Ὀλιγόβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui parum consilio pollet; (2) non admodum prudens. Ex βουλή.

Ὀλιγογνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, negligens, *Hes.* Ex ὀλίγος et γνώμη.

Ὀλιγογόνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucis geniculis nodatus. Ex ὀλίγος et γόνυ, *genu.*

Ὀλιγόγονος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucos generans, infœcundus. Τὰ δὲ γαμψώνυχα πάντα, ὀλιγόγονά ἐστιν, ἔξω τῆς κεγχρῆδος, *Aristot.*

Ὀλιγοδάπανος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui exigui sumptus est; parcus et frugi, frugalis. Ex δαπάνη.

Ὀλιγοδεὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui paucis eget, paucis contentus. Ex ὀλίγος et δέομαι. Unde

Ὀλιγοδεία, et ὀλιγοδεῖα, ας, ἡ, paucarum rerum indigentia vel desiderium.

Ὀλιγοδίαιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, modico victu contentus. Ex ὀλίγος et δίαιτα.

Ὀλιγόδουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucos servos habens.

Ὀλιγοδρανέω, ῶ, langueo, spiritum vix traho. Ab

Ὀλιγοδρανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, infirmus, imbecillis. Ex ὀλίγος et δραίνω, *facio.* Hinc

Ὀλιγοδρανία, ας, ἡ, imbecillitas.

Ὀλιγοδύναμος, ου, ὁ καὶ ἡ, infirmus, imbecillis. Ex δύναμις.

Ὀλιγοελαιέω, ῶ, parum olei fero; parum olei fundo. Ex ὀλίγος et ἔλαιον.

Ὀλιγοεργὴς, ὲς, imbecillus. Ab ἔργον.

Ὀλιγοέτης, εος, ὁ καὶ ἡ, qui paucorum annorum est. Ex ὀλίγος et ἔτος. Hinc

Ὀλιγοετία, ας, ἡ, paucitas annorum.

Ὀλιγόζως, ον, paucos ramos habens.

Ὀλιγόθερμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui modicus inest calor, parum caloris habens.

Ὀλιγοθυμέω, animo parvo sum. A θυμός.

Ὀλιγόϊνος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucas habens fibras seu venas, paucos nervos. Ex ὀλίγος et ἴς.

Ὀλιγοκάλαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucos habens calamos.

Ὀλιγόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucos fructus gignens.

Ὀλιγόκαυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucos caules habens.

Ὀλιγόκλαδος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucos ramos habens.

Ὀλιγοκρατέομαι, οῦμαι, paucorum dominatui subjicior. Ex ὀλίγος et κρατέομαι.

Ὀλιγομαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, parum doctus. Ex μανθάνω.

Ὀλιγομετρία, ας, ἡ, est vitium versûs, cum paucioribus, v. gr. quatuor verbis constat. *Opp.* πολυμετρία. A μέτρον.

Ὀλιγόμισθος, ου, ὁ καὶ ἡ, mercede exigua conductus.

Ὀλιγομυθία, ας, ἡ, pauciloquium. Ab

Ὀλιγόμυθος, ου, ὁ καὶ ἡ, pauciloquus.

Ὀλιγοπαιδία, ας, ἡ, paucitas liberorum. Ab

Ὀλιγόπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, paucos habens liberos.

Ὀλιγοπελέω, pro quo ὀλιγηπελέω, *Poet.*

Ὀλιγοπελία. Vide ὀλιγηπελίη.

Ὀλιγόπιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, exigua fide præditus, parum fidens seu credens; (2) incredulus. Ex ὀλίγος et πίστις.

Ὀλιγοποιέω, ῶ, f. ήσω, ad paucitatem redigo; minuo, aor. 1. ὠλιγοποίησα.

Ὀλιγοπόλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, parum canus.

Ὀλιγόπονος, ον, laborem fugiens, iners.

Ὀλιγοποσία, ας, ἡ, parcus potus. Ex πόσις.

Ὀλιγοποτέω, ῶ, fut. ήσω, parum bibo. Ab

Ὀλιγόποτος, ου, ὁ καὶ ἡ, pauco potu contentus. Ὀλιγόποτά ἐστι ὅσα ἔχει τὸν πνεύμονα σομφὸν, *Aristot. Hist. An.* 8, 4. A πότον.

Ὀλιγοπραγμοσύνη, ης, ἡ, paucarum rerum tractatio. Ab

Ὀλιγοπράγμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, pauca habens negotia. Ex ὀλίγος et πρᾶγμα.

Ὀλιγόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucas pennas habens. Ex πτερόν.

Ὀλιγόπυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, parum tritici ferens.

Ὀλιγόῤῥιζος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucas radices habens. Ex ῥίζα et seq.

ὈΛΙΓΟΣ, ίγη, ίγον, paucus; (2) parvus, exilis, tenuis. Hinc οἱ ὀλίγοι, ων, optimates, pauci illi penes quos imperium est; ὀλίγον, paulum, paullulum, parum, modicum; *Ph.* ὀλίγον χρόνον, paulisper, *Gl. V.* ὀλίγου δεῖν, pæne, *Ph.* propemodum, ferme, *Gl. V.* δι' ὀλίγου, ἐξ ὀλίγου, brevi temporis spatio, subito, e propinquo; δι' ὀλίγων, paucis sc. verbis; κατ' ὀλίγον, παρ' ὀλίγον, sensim, paullatim; ἐν ὀλίγῳ, leviter, viliter. Ἐπ' ὀλίγου γὰρ ὤχετο, parum equidem abfuit, quin periret, *Aristoph. Lys.* 31.

Ὀλιγόσαρκος, ου, ὁ καὶ ἡ, macilentus. A σάρξ.

Ὀλιγοσθενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, exiguis viribus præditus. Ex ὀλίγος et σθένος, *robur.*

Ὀλιγοσίτυοι, οἱ, pauperes, quasi ex exiguo penu victitantes, *Suid.*

Ὀλιγοσιτέω, ῶ, fut. ήσω, pauco cibo utor, exiguo pastu sum contentus.

Ὀλιγοσιτία, ας, ἡ, modicus cibus, frugalitas. Ab

Ὀλιγόσιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, modico cibo utens.

Ὀλιγόσπερμος, ου, ὁ καὶ ἡ, parum seminis ferens; (2) parum seminis emittens. Ex ὀλίγος et σπέρμα.

Ὀλιγόστιχος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucos ordines seu versus continens. Ex ὀλίγος et στίχος.

Ὀλιγοστὸς, ἡ, όν, unus e paucis, paucis comitatus, cum paucis; *item* minimus. brevissimus. (2) brevi, paucis diebus. (1) ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, acie victus et cum paucis in fugam conjectus, *Joseph. contra Apion.* 1, 452. (2) αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παραγίνεται διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα, ipse paucis diebus itinere per desertum confecto Babylonem se conferebat, *Id. Ib.* 450. Ab ὀλίγος.

Ὀλιγοσυλλαβία, ἡ, paucitas syllabarum.

Ὀλιγοσύλλαβος, ον, paucis syllabis constans. A συλλαβή.

Ὀλιγοσύνδεσμος, ον, epith. orationis paucis conjunctionibus utentis.

Ὀλιγοτέκνος, ου, ὁ καὶ ἡ, paucos liberos habens. Ex ὀλίγος et τίκτω.

Ὀλιγό-

Ὀλιγότης, ητος, ἡ, paucitas; (2) parvitas. Ab ὀλίγος.

Ὀλιγοτιμία, ας, ἡ, contemptus; (2) dedecus. Ex ὀλίγος et τιμή.

Ὀλιγοτοκέω, ῶ, f. ήσω, paucos pario; (2) raro pario:

Ὀλιγοτοκία, ας, ἡ, paucus seu rarus partus. Ab

Ὀλιγοτόκος, ου, ὁ ϗ ἡ, raro et paucos pariens. Ὀλιγοτοκά ἐστι τὰ σελάχη, διὰ τὸ ζωοτοκεῖν σώζεται δὲ μάλιστα ταῦτα διὰ τὸ μέγεθος, *Aristot.* Ex ὀλίγος et τίκτω.

Ὀλιγότριχος, ου, ὁ ϗ ἡ, raros habens pilos. Ex ὀλίγος et θρίξ.

Ὀλιγότροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, pauco cibo contentus. Ex ὀλίγος et τρέφω.

Ὀλιγόϋδρος, ου, ὁ ϗ ἡ, parum aquæ habens, parum aquosus; (2) pauca aqua contentus; ὀλιγοϋδρότατος, cui paucissima aqua sufficit. Ex ὀλίγος et ὕδωρ.

Ὀλιγόϋλος, ου, ὁ ϗ ἡ, parum materiæ habens. Ex ὀλίγος et ὕλη.

Ὀλιγοϋπνία, ἡ, parcus somnus. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ ἀοινίαν, καὶ ὀλιγοσιτίαν, καὶ ὀλιγοϋπνίαν, *Iamblich. in Vita Pythag.* 16. Ab

Ὀλιγόϋπνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui exigui somni est. Ὀλιγοϋπνότατος ἦν διὰ φροντίδα καὶ πόνους, *Appian. de Rebus Hispan.* 74.

Ὀλιγοφαγία, ἡ, parcus cibus. Ab

Ὀλιγοφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, inedax, *Gl. Vet.*

Ὀλιγοφιλία, ας, ἡ, amicorum paucitas.

Ὀλιγοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ut ὀλιγοφόρος οἶνος, vinum quod paucam aquam fert, aqueum, tenue, dilutum. Ex ὀλίγος et φέρω.

Ὀλιγόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, pusillanimis. Ex φρήν.

Ὀλιγόφυλλος, ου, ὁ ϗ ἡ, pauca habens folia. Ex ὀλίγος et φύλλον.

Ὀλιγοχοέω, ῶ, parum refundo, exiguo cum fœnore refundo. Ab

Ὀλιγόχοος, contr. ὀλιγόχους, ου, ὁ ϗ ἡ, parum refundens, parum fructificans; Comp ὀλιγοχοώτερος, minus fundens, minus ferax. Ex ὀλίγος et χέω, *fundo*.

Ὀλιγοχορδία, ας, ἡ, paucitas fidium seu chordarum. Ex ὀλίγος et χορδή.

Ὀλιγοχρηματία, ας, ἡ, paucitas pecuniæ, paupertas. Ex ὀλίγος et χρήματα.

Ὀλιγοχρόνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, exiguo temporis spatio durans. *Gl. V.* temporalis.

Ὀλιγόχρονος, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ὀλιγόχυλος, ον, parum succi habens.

Ὀλιγοψυχέω, ῶ, fut. ήσω, sum animo pusillo.

Ὀλιγοψυχία, ας, ἡ, pusillanimitas, *Gl. V.*

Ὀλιγόψυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, pusillanimis, *Gl. V.* Ex ὀλίγος et ψυχή.

Ὀλιγόω, ῶ, in paucos redigo, imminuo; ὀλιγόομαι, οῦμαι, ad paucos redigor, imminuor; aor. 1. ὠλιγώθην. Ab ὀλίγος.

Ὀλιγωρέω, ῶ, fut. ήσω, parvam curam habeo, negligo; contemno, supersedeo, *Gl. V.* Ὀλιγωρεῖν τῶν καθηκόντων· τῶν φίλων, *Xen.* Ab ὀλίγωρος. Hinc

Ὀλιγώρησις, εως, ἡ, negligentia, incuria, neglectus, contemptus.

Ὀλιγωρία, ας, ἡ, idem. Ab

Ὀλίγωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui aliquid parum curat, negligens, incuriosus. Ex ὀλίγος et ὥρα.

Ὀλιγώρως, *adv.* negligenter, contemptim.

Ὀλιζότερος, minor; qu. ab ὀλίζος, pro ὀλίγος.

Ὀλιζόω, ῶ, minorem reddo, minuo, *Hes.* ubi ὀλιζοῦται, μειοῦται, ὀλιγοῦται. Ab eod.

Ὀλίζων, ονος, ὁ ϗ ἡ, parvus; (2) minor. Ab ὀλίγος.

Ὁλικὸς, ἡ, ὸν, totus, universalis. Ab ὅλος.

Ὁλικῶς, *adv.* plane, universe, omnino.

ὈΛΙΣΒΟΣ, ου, ὁ, penis coriaceus.

Ὀλισθαίνω, labor, lapso, labefio, *Gl. V.* Ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων Ἕλκος ὀλισθαίνει, *Mus.* 1, 95. Ab ὄλισθος.

Ὀλισθέω, ῶ, f. ήσω, idem et ab eod.; (2) penetro; (3) evado, effugio. Ἐκ δέ οἱ ἧπαρ ὄλισθεν, excidit, *Il.* 20, 470. Ὄλισθε θέων, 23, 774. Οὐ γάρ τι βέλος διὰ σαρκὸς ὄλισθεν, *Theoc.* 25. 230. (2) πυκινοῖσι δόλοισιν ὀλισθῆσαι θανάτοιο, *Oppian. Cyneget.* 4, 451.

Ὀλισθήεις, ήεσσα, ῆεν, lubricus. Ab eod.

Ὀλίσθημα, ατος, τὸ, lapsus, casus. *Gl. V.* lapsio. Ab ὀλισθέω.

Ὀλισθηρῆς, gen. sing. f. g. *Ion.* pro ὀλισθηρᾶς, ab

Ὀλισθηρὸς, ρὰ, ρὸν, ad labendum proclivis; (2) lubricus, *Gl. V.* (3) proclivis ad aliquid. Ab ὄλισθος.

Ὀλισθηρῶς, *adv.* lubrice.

Ὀλισθήσαις, aor. 1. part. act. Æol. pro ὀλισθήσας, ab ὀλισθέω, *labor.*

Ὀλίσθησις, εως, ἡ, idem quod ὀλίσθημα.

Ὀλισθητικὸς, ἡ, ὸν, lubricandi vim habens, lubricans. Ab ὀλισθέω.

Ὀλισθογνωμονέω, ῶ, mentis compos non sum. Ex ὄλισθος et γνώμη, *sententia.*

Ὀλισθοποιῶ, labare facio. *Gl. V.* labefacio.

ὈΛΙΣΘΟΣ, ου, ὁ, lapsus in lubrico; casus.

Ὁλκαδικὸς, ἡ, ὸν, ad onerariam navem pertinens. Ab ὁλκάς. Unde

Ὁλκάδιον, ου, τὸ, navicula oneraria. Dim.

Ὁλκαδοχρίστος, navium unctor, *Man.* Ab ὁλκὰς et χρίω.

Ὁλκαία, ας, ἡ, cauda. Ὑπὸ ταύρου ὁλκαίην ψαίρεται, radunt caudam tauri; affixæ sunt sub cauda tauri, *Nicand. Theriaca*, 122. Κήτειος ὁλκαίη, *Apoll. Rhod.* 4, 1614. Ab ἕλκω.

Ὁλκαῖον, ου, τὸ, vas in quo pocula abluuntur, *Poll.* idem quod ὁλκήϊον. Ἐπερρίξατο χερσὶ νηὸς ὁλκαίοιο, *Apoll. Rhod.* 1, 1313. Ab ὁλκή. Unde

Ὁλκαῖος, αία, *Ion.* αίη, αῖον, qui trahitur.

Ὁλκὰς, άδος, ἡ, *proprie*, navis oneraria, sed interdum de aliis dicitur.

Ὁλκεῖον, ου, τὸ. Vide ὁλκήϊον.

Ὁλκεὺς, έως, ὁ, qui retia trahit, *Hesych.* Ab ἕλκω.

Ὁλκέω, ῶ, navem traho, traduco. Ab

Ὁλκὴ, ῆς, ἡ, tractus, attractio, (2) inclinatio, ut statera in alteram partem. *Ph.* pondus; item drachma. Ab ἕλκω.

Ὁλκήεις, ήεσσα, ῆεν, ponderosus. Ab ὁλκή.

Ὁλκήϊον, ου, τὸ, *Ion.* pro ὁλκεῖον, lignum in infima navis parte, quo navis trahitur, ut exponitur a *Schol. Apoll.* Ab ἕλκω.

Ὁλκήρης, εος, ὁ ϗ ἡ, caudatus, sive tractu se colligens, ut serpens, qui longo volumine caudam trahit, *Nicand.* Ab eod.

Ὅλκιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, glutinosus, lentus, qui, dum extenditur, trahi non rumpi solet. Ab eod.

Ὁλκίον, ου, τὸ, gubernaculum seu clavus navis. Ab eod.

Ὅλκιον, ου, τὸ, labrum amplum, magnus crater. Ab eod.

Ὁλκὸς, οῦ, ὁ, tractus; (2) sulcus, proprie et tropice; (3) remulcus, machina qua naves ex uno mari in alterum traducuntur; (4) fluctus, *omninoque* aqua maris; (5) aquæductus; (6) moles, pondus; (7) syrma serpentium, vestium, &c. (8) totumque adeo cujusvis animalis hominisque corpus; (9) nomen insecti et herbæ; *Adject.* attractorius. Sed fere in compositis tantum. Ὁλκοὶ τμητοὶ, lora equorum. Τμητοῖς ὁλκοῖς ἐγκύρσαι, implicari loris, *Soph. Elect.* 863. Ἀμφιδύμους ὁλκοὺς, geminos testiculos, *Oppian. Cyneg.* 2, 192. Ab ἕλκω.

Ὄλλυαι, pereas, 2. sing. a. 2. conj. med. *Ion.* et *Poet.* pro ὄληαι, ab ὄλλυμι, pro ὀλέω, *perdo.*

Ὀλλυμένοιο, gen. sing. part. præs. pass. *Ion.* pro ὀλλυμένου, ab

ὈΛΛΥΜΙ, vel ὀλλύω, perdo, amitto; (2) perdo, perniciem adfero, perimo; ὄλλυμαι, perdor, pereo; f. 1. ὀλέσω, 2. ὀλῶ, perdam; aor. 1. ὤλεσα, perdidi; perf. ὄλωλα, perii; ὀλώλειν, interiit, *Ph.* aor. 2. med. ὠλόμην, perii; ὀλοῦμαι, f. 2. ὀλεῖται, peribit. Παῖδ' ὀλέσαι τὸν ἄριστον; *Il.* 24. 242.

Ὁλμειὸς, οῦ, ὁ, mortarium. Ab ὅλμος.

Ὁλμίσκος, ου, ὁ, mortariolum, Dim. ab eod.

Ὁλμοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, mortariorum artifex. Ex ὅλμος et ποιέω.

ὍΛΜΟΣ, ου, ὁ, mortarium, pilum, *Ph.* (2) pars tibiæ, ligula; (3) truncus corporis a cervice usque ad coxendicem; *item* poculi genus; *metaphor.* stupidus.

Ὁλογράμματος, ου, ὁ ϗ ἡ, plene scriptus, non per siglorum captiones aut compendiosa ænigmata, nec per notas numerales. Ex ὅλος et γράμμα.

Ὁλογραφέω, ῶ, fut. ήσω, integrum scribo. Ex eod. et γράφω.

Ὁλόγραφος, ου, ὁ ϗ ἡ, propria manu exaratus. Ex iisd.

Ὁλοδάκτυλος, ον, meris dactylis constans.

Ὀλόεις, όεσσα, όεν, exitialis. Ab ὄλλυμι.

Ὀλοεργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, maleficus, *Hesych.* (2) mortem seu interitum adferens. Ex ὄλλυμι et ἔργον.

Ὀλοῆς, dat. pl. *Ion.* pro ὀλοαῖς, ab ὀλοός.

Ὁλοθούριον, ου, τὸ, genus tuberis spongiosi et marini, *Aristot. Plin.*

Ὀλόθρευσις, εως, ἡ, perniciei illatio, delatio, occisio. Ab ὀλοθρεύω.

Ὀλοθρευτὴς, οῦ, ὁ, exterminator, qui perniciem adfert, exitiosus, occisor. Ab eod. Hinc

Ὀλοθρευτικὸς, ἡ, ὸν, perimens, perdens.

Ὀλοθρεύω, f. εύσω, perdo, everto, exitium adfero, vasto. Ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, *Heb.* 11, 28. Ab ὄλεθρος.

Ὀλοίατο, pereant, 3. pl. a. 2. opt. med. *Ion.* pro ὄλοιντο, ab ὄλλυμι.

Ὀλοίιος, ου, ὁ ϗ ἡ, perniciosus, exitialis, noxius. Ab ὀλοός.

Ὀλοιὸς, ἡ, ὸν, idem, *Hesych.* ubi dat. pl. fœm. ὀλοιῇσι. Vide *Clarke* Il. 1, 342.

Ὁλοίτροχος, ου, ὁ ϗ ἡ, omni ex parte rotundus, ut rota. Ex ὅλος et τρόχος.

Ὁλοκαρπεύω, idem quod ὁλοκαρπόω, *Sibyl.*

Ὁλοκαρπόω, ῶ, f. ώσω, totum adoleo, in holocaustum offero; ὁλοκαρπούμενον, quod totum offertur; 3. pl. f. 1. ind. pass. ὁλοκαρπωθήσονται, consummabuntur. Ex ὅλος. Hinc

Ὁλοκάρπωμα, ατος, τὸ, holocaustum.

Ὁλοκάρπωσις, εως, ἡ, idem et ab eod.

Ὁλόκαυστον, ου, τὸ, holocaustum, quod totum cremari solebat. *Gl. V.* adolitum. Ex ὅλος et καίω.

Ὁλοκαυτέω, ῶ, f. ήσω, totum comburo, totam victimam cremo.

Ὁλοκαυτίζω, fut. ίσω, idem. Ab

Ὁλόκαυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus crematus, totus combustus. Ex ὅλος et καίω.

Ὁλοκαυτόω, idem quod ὁλοκαυτέω· aor. 1. ὡλοκαύτωσα· ὡλοκαύτωσαν τοὺς ταύρους, tauros combusserunt totos. Hinc

Ὁλοκαύτωμα, ατος, τὸ, victima seu hostia quæ integra comburitur.

Ὁλοκαύτωσις, εως, ἡ, sacrificium in quo victima tota crematur. *Gl. V.* flagrantia, holocaustoma. Ab eod.

Ὁλοκληρία, ας, ἡ, integritas omnium partium alicujus rei. *Ph.* integratio. Ab

Ὁλόκληρος, ου, ὁ ϗ ἡ, integer, totus, universus; (2) nullo vitio laborans, non vitiosus. *Ph.* integer, ut ὁλόκληρον, integrum, solidum; item ὁλοκλήρου, asse, idem; ut κληρονομία ἐξ ὁλοκλήρου, hæreditas ex asse, seu in solidum. Γίνεται τέκνα ὁλόκληρα ἐκ κολοβῶν, *Aristot.*

Ὁλόκνημος, ου, ὁ ϗ ἡ, integras tibias habens et nulla ex parte mutilas. A κνήμη.

Ὁλοκονῖτις, et Ὁλοκωνῖτις, ιδος, ἡ, olus quoddam silvestre, *Hipp.*

Ὁλόκοπος, ὁ ϗ ἡ, totus concisus. Ex κόπτω.

Ὁλόκυκλος, ὁ ϗ ἡ, epith. lunæ plenæ.

Ὁλολαμπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, totus lucidus. Ex ὅλος et λάμπω.

Ὁλόλιθος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus lapideus, totus e lapidibus factus.

Ὀλολυγὴ, ῆς, ἡ, clamor mulierum sacrificantium, jubilatio; (2) ululatus. *Gl. V.* ejulatus:

Ὀλόλυγμα, ατος, τὸ, idem:

Ὀλολυγμὸς, οῦ, ὁ, ululatus, ejulatus. *Gl. V.* ὀλολυγμὸς ἀγροίκων, rusticorum jubilatus; (2) clamor mulierum sacrificantium, jubilatio. (2) ὀλολυγμὸς ἔστω, *Eurip. Or.* 1137:

Ὀλολυγὼν, όνος, ὁ, clamor ranarum marium fœminas ad coitum evocantium; (2) ejulatus;

latus; *Aristot.* (3) avis quædam solitaria, acredula, vel ulula. *Ph.* ulula, strix. Ab

Ὀλολύζω, f. ξω, ululo, ejulo; (2) cum clamore deos precor, de mulieribus; jubilo, exulto. Ὀλόλυξαν θυγατέρες, *Odyss.* 3, 450. Ὀλολύξεται πᾶν δῶμα, *Eur. El.* 698. Vide *Ern.*

Ὀλομελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui membris est integris, omnibus membris constans. *Gl. V.* integer. Ex ὅλος et μέλος. Hinc

Ὀλομελία, ας, ἡ, integra natura et constitutio alicujus rei, qua nihil ipsi deest.

Ὀλονθὸς, ου, ὁ ϗ ἡ, fimo scatens. Ex ὄνθος.

Ὄλοντο, *perierunt*, 3. plur. aor. 2. ind. med. *Ion.* pro ὤλοντο, ab ὄλλυμι.

Ὀλονυκτίως, *adv.* per totam noctem. A νύξ.

Ὀλοοίτροχος, ου, ὁ ϗ ἡ, cursui perniciosus; epith. scopuli, *ap. Theoc.* Ex ὀλοὸς et τρέχω. Vid. *Ern.*

Ὀλοὸς, ἡ, ὸν, perniciosus, exitiosus. Ab ὄλλυμι.

Ὀλοόφροσι, dat. pl. ab

Ὀλοόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, perniciosa consilia agitans, perniciosus. Ex ὀλοὸς et φρήν.

Ὀλοόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui animo universa agitat, qui omnium curam gerit; (2) omniscius; nam aliqui pro ὀλοόφρων legunt ὀλοόφρων, *Il.* 16, 630. Ex ὅλος et φρήν.

Ὀλοπόρφυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus purpureus, totus ex purpura. Ex ὅλος et πορφύρα.

Ὀλόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, cujus universum corpus pennis tectum est; (2) cujus alæ non sunt scissæ, qui alas continuas habet. Ex ὅλος et πτερόν.

ΌΛΟ'ΠΤΩ, fut. ψω, vello, decortico. Ὤλοψας δὲ βίνῃ, *Call. Hymn. in Dian.* 77.

Ὀλόπυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, triticum integrum, seu quod integrum coctum est.

Ὀλοῤῥιζεὶ, *adv.* radice, radicitus. Ab

Ὀλόῤῥιζος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui cum tota radice est, v. gr. erutus. Ex ὅλος et ῥίζα.

Ὄλος, ὁ, vel ὀλὸς, item ὀλὸν, idem quod θολὸς, atramentum sepiæ, *Ern.*

ὍΛΟΣ, ὅλη, ὅλον, totus, integer; (2) solidus; (3) universus, omnis: *est ætatis posterioris.* Hinc τὸ ὅλον, ου, universum, rerum universitas, summa rei; at ὅλον, *adv.* omnino. (Hinc Lat. *solus* et *solidus*.)

Ὁλοσηρικὸς, ἡ, ὸν, totus ex serico, *R.*

Ὁλοσιαλοκάλαμος, ὁ, indoctus tibicen, *Steph.*

Ὁλοσίδηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus ferreus.

Ὁλοσπαδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, totus detractus, *Hes.* ubi pl. ὁλοσπαδεῖς. Ex σπάω.

Ὁλοσπονδεῖος, ον, epith. versus, qui totus e spondeis constat, ut *Il.* 11, 130.

Ὁλόστεον, ου, τὸ, herba quasi tota ossea, sed per antiphrasin quum tota mollis sit. Ab

Ὁλόστεος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus osseus, ex osse solido constans. Ex ὅλος et ὀστέον, *os.*

Ὁλοστήμονος, ὁ ϗ ἡ, totus stamineus, *Poll.*

Ὁλοσφύρατος, ου, ὁ ϗ ἡ, malleo ductus seu fabricatus, solidus, *Hes. Plin.* Ex σφύρα.

Ὁλοσφυρήλατος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ὁλοσφύρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, *in Epigr.* idem.

Ὁλοσφύριστος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ὁλόσφυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Ὁλοσφύριον, τὸ, massa solidi, v. gr. ferri.

Ὁλοσχέρεια, ας, ἡ, integritas, consummatio; (2) crassa et confusa descriptio. Ab

Ὁλοσχερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, integer, plenus, consummatus; (2) extremus, summus. Ex ὅλος et χεὶρ, (vel et ἔχω, *Ern.*)

Ὁλοσχερῶς, *adv.* omnino, penitus, prorsus, plane; (2) confuse, generatim; ὁλοσχερέστερον, *adv.* majori apparatu, majoribus copiis.

Ὁλόσχιστος, ον, simplex, non e variis partibus vel segmentis consutus, *Plato.*

Ὁλόσχοινος, ου, ὁ ϗ ἡ, mariscus, juncus omnium maximus et crassissimus.

ὈΛΟΣΧΟΣ, ου, ὁ, pediculus pomi; *Nic.*

Ὁλοσώματος, ου, ὁ ϗ ἡ, ad totum corpus pertinens. Ex σῶμα.

Ὁλοτελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, plane absolutus, prorsus finitus, perfectus, integer. A τέλος.

Ὁλότης, ητος, ἡ, integritas, totum. Ab ὅλος.

Ὁλότροπος, ου, ὁ ϗ ἡ, totius modi, totus.

Ὁλοτρόπως, *adv.* omnino.

Ὁλότροχος, ον, rotundus, v. gr. lapis. A τρέχω.

Ὀλοῦμαι, *perdam*, f. 2. ind. med. verbi ὄλλυμι, pro ὀλέω, *perdo.*

Ὀλοφλυκτὶς, ίδος, ἡ, pustula.

Ὀλοφόνος, ον, totum perimens, *Nic.*

Ὀλόφυγδος, ου, ὁ, pustulosus, (qu. ὀλόφλυγδος, a φλύζω, *Ern.*) Ῥηγνυμένων ὀλοφυγδὰ διήφυσε τοσσὶ χίμετλα, discutit pustulosas perniones in talis natas, postquam ruptæ sunt, *Nic. Ther.* 682.

Ὀλοφυγδὼν, όνος, ἡ, pustula; quod et ὀλοφλυγδών. Μήκετι ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσης, *Theocr. Idyll.* 9, 30.

Ὀλοφυδνὸς, ἡ, ὸν, lugubris, luctuosus, *Il.* 5, 683. Ab

Ὀλοφύζω, fut. ξω, lugeo, lamentor.

Ὀλοφυὴς, ές, ὁ ϗ ἡ, totus, absolutus in natura sua, omnibus partibus plenus. Ex ὅλος et φυή.

Ὀλοφυκτὶς, ίδος, ἡ, pustula; qu. ὀλοφλυκτίς.

Ὀλόφυλος, ον, integer, *Suid.*

Ὀλοφυρμὸς, ου, ὁ, ejulatus, ploratus. Ab

ὈΛΟΦΥ'ΡΟΜΑΙ, lamentor, ejulo, ploro; (2) deploro, commiseror; ὀλοφυράμενος, aor. 1. med. lamentatus; pass. ὀλοφυρθεὶς, idem. Ἀχιλλεὺς ὀλοφύρεται υἷας Ἀχαιῶν, *Il.* 11, 655. Hinc

Ὀλόφυρσις, εως, ἡ, ploratus, luctus, ejulatus; (2) lamentatio.

Ὀλοφυρτικὸς, ἡ, ὸν, ad lamenta seu lamentandum proclivis.

Ὀλοφυρτικῶς, *adv.* lamentabiliter.

Ὀλόφυτον, τὸ, sinapi Persicum, *Steph.*

Ὀλοφώϊον, τὸ, vaframenta, versutiæ. Πάντα δέ τοι ἐρέω ὀλοφώϊα τοῖο γέροντος, *Odyss.* 4, 410. Εἶτα ἐπιφέρουσα τὸ μάλιστα ὀλοφώϊον τοῦ γέροντος, *Eustath.* (ad locum *Homeri* supra laudatum) 1502, 8. edit. Rom.

Ὀλοφώϊος, ου, ὁ ϗ ἡ, exitialis; (2) versutus, improbus; ὀλοφωΐα, vaframenta, versutiæ. Ex ὄλλυμι et φῶς, *homo.*

Ὀλόφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, plena voce canens. Ex ὅλος et φωνή.

Ὀλόχαλκος, ον, totus ex ære.

Ὀλόχροος, *contr.* ὀλόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, toto corpore unum colorem habens. Ex χρόα.

Ὀλόχρυσος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus ex auro factus, ex auro solido factus; (2) totus auro inductus, *Jos.*

Ὀλόψυχος, ον, sincerus, candidus, integer animo. A ψυχή.

Ὀλοψύχως, *adv.* toto animo, bona fide.

ὈΛΠΗ, ης, ἡ, lecythus, ampulla olearia; vas olearium, et alicubi vinarium.

Ὄλπις, ίδος, ἡ, idem.

Ὀλυμπία, ας, ἡ, Olympia, locus Elidis, in quo Jupiter Olympius colebatur, et certamina Olympiaca celebrabantur, ad ludos Olympios. Ab Ὄλυμπος.

Ὀλύμπια, ων, τὰ, ludi Olympiaci, qui quinto anno celebrabantur. Ab eod.

Ὀλυμπίαζε, *adv.* ad Olympiam.

Ὀλυμπιάθεν, *adv.* ex Olympia, de Olympia.

Ὀλυμπιακὸς, Olympiacus, *Ar.*

Ὀλυμπίας, ου, ὁ, Olympias, venti nomen. Ab Ὄλυμπος.

Ὀλυμπιὰς, άδος, ἡ, victoria, seu palma certaminis Olympiaci; (2) certamen Olympiacum; (3) Olympias, sive tempus quatuor annorum integrorum, cum duobus mensibus; (cum quindecim diebus, *Ern.*) (4) nomen matris Alexandri M. Ab eod.

Ὀλυμπιάσι, *adv.* in Olympia, Olympiæ, ad Olympiam. Ab Ὀλύμπια.

Ὀλυμπικὸς, ἡ, ὸν, Olympicus. Ab eod.

Ὀλυμπιονίκης, ου, ὁ, victor in Olympiis. Ex ὀλύμπια et νικάω, *vinco.*

Ὀλύμπιος, ου, ὁ, Olympum incolens; (2) cœlestis. Ab eod.

Ὀλυμπόνδε, *adv.* in Olympum, in cœlum.

ὈΛΥΜΠΟΣ, ου, ὁ, Olympus, mons Macedoniæ altissimus, cujus vertex cœlum tangere videtur; (2) cœlum.

Ὀλυνθάζω, fut. άσω, caprifico. Ab

ὈΛΥΝΘΟΣ, ου, ὁ, grossus, ficus immatura; (2) nomen urbis in Thessalia.

Ὀλυνθοφορέω, ῶ, grossos seu abortus fero. Ab

Ὀλυνθοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, grossos ferens. Ex ὄλυνθος et φέρω.

ὈΛΥΡΑ, ας, ἡ, semen medium inter frumentum et hordeum, olyra. *Gl. V.* spelta. *Ph.* far, ador, siligo; *Il.* 5, 196. Hinc

Ὀλυρίτης, ου, ὁ, ut ὀλυρίτης ἐγκρυφίας, subcinericius panis, siligineus.

Ὀλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ater, vel turbidus. Ab ὀλὸς, pro θολός.

Ὀλώϊος, ΐα, ϊον, perniciosus. Ab ὄλλυμι.

Προσουρέω, permeio, commingo; pessime *Hen Stephanus* secundo utor vento: nam derivatur ἀπὸ τοῦ οὔρου, τοῦ ἐκκρινομένου ὑγροῦ, ut optime tradit Schol. ineditus *Aristophanis* Regiæ Bibliothecæ: Ἃ φροῦδα θᾶττον, ἢν μόνον χορὸν λάβῃ, ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ, qui, si modo chorum acceperint, et semel tantum in tragœdiam minxerint, viribus exhausti protinus evanescunt, *Aristoph Ran.* 94. Ab οὖρον, *urina.*

Προσουρίζω, secundo vento navigo, allido, *apud Eur.* sed leg. videtur προσουδίζω, *Etn.*

Προσούριος, idem quod οὔριος, *Suid.*

Πρόσουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, conterminus, vicinus.

Προσοῦσαν, acc. sing. f. g. part. verbi πρόσειμι.

Προσοφείλω, insuper vel præterea debeo; (2) æs alienum contraho præter quæstus proprios; (3) præterea mulctor; (4) debeo; (5) relinquor, superor. Τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε, *Dem.* Σεαυτόν μοι προσοφείλεις, *Philem.* 19.

Προσοφλισκάνω, idem.

Προσόφλω, idem; (2) idem quod ὀφλεῖν, ut γέλωτα, &c.

Προσοχὴ, ῆς, ἡ, attentio, animadversio, diligentia; (2) prudentia. προσοχὴ νόμου, conservatio seu observatio legis. A προσέχω.

Προσοχθέω, ῶ, fut. ήσω, offendo, vel offensus sum; (2) tædium molestiamque capio, cum tædio fero.

Προσοχθίζω, fut. ίσω, idem. Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, *Hebr.* 3, 10. Hinc

Προσόχθισμα, ατος, τὸ, offensa, offensio.

Προσοχθισμὸς, οῦ, ὁ, idem.

Προσοχλέω, obstrependo molestus sum, seu molestiam affero alteri.

Πρόσοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, attentus, intentus, solers, *Gl. V.* A προσέχω.

Προσοχυρόω, ῶ, fut. ώσω, insuper vel amplius munio.

Προσοψάομαι, ῶμαι, vescor cum pane, opsonium edo. Hinc

Προσόψημα, ατος, τὸ, id quo cum pane vescimur.

Πρόσοψις, εως, ἡ, adspectus, conspectus, obtutus, species, *Gl. V.* Οὐχ ἡ πρόσοψίς μ', ἀλλὰ τἄργ' αἰκίζεται, *Eurip. Or.* 388. A προσόπτομαι.

Προσοψωνέω, opsonium edo.

Προσπάθεια, ας, ἡ, adfectio, qua rei alicui sumus omnino addicti, eique adhæremus. A

Προσπαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui adfectu ad rem aliquam fertur. Ex πάθος.

Προσπαθῶς, *adv.* alicui rei adhærendo.

Προσπαίζω, f. αίσω, vel αίξω, jocor cum, alludo. Ἄλλοις προσπαίζειν διὰ τὸν σχολὴν, *Ælian.*

ΠΡΟ'ΣΠΑΙΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, recens, subitus, fortuitus. Πρόσπαιον ἐκτίνων χάριν, *Lycoph.* 211. Εἰ δὲ σύγε μητέρα λαιδρὴν ἀγρεύσεις πρόσπαιον, *Nic. Ther.* 689. Ἐκ προσπαίου, *adv.* recens, subito, repente, *Aristot. Eth.* 9.

Προσπαίρω, palpito ad.

Προσπαιστέον, *adv. posit.* alludendum. A προσπαίζω.

Προσπαίω, impingo, illido. Ὑψηλὸν ἐς δίκας βαθρὸν προσέπαισας, *Soph. Antig.* 867.

Προσπαίως, *adv.* subito, repentino animi motu. Προσπαίως εὔνοι γίνονται καὶ ἐπιπολαίως στέργουσιν, *Aristoph. Eth.* 9, 5.

Προσπαλαίω, fut. αίσω, colluctor, obluctor. Ἄτλας οὐρανῷ προσπαλαίει, *Pind. Pyth.* 4, 527. Προσπαλαίειν χαλεπῷ νοσήματι, *Luc.*

Προσπαραβάλλομαι, adgero insuper. Προσπα[illegible] ται σφίσι λίθους, *Thuc.*

Προσπαράγραμμα, τὸ, aliis adscriptio, *Steph.*

Προσπαραγράφω, fut. ψω, jam scriptis addo. Προσπαραγράφουσι πρώτους, εἰ ἂν ἐπαινῶσιν αὐτοὺς, *Plato.*

Προσπαραιρέομαι, insuper detraho, eripio.

Προσπαρακαλέω, ῶ, fut. έσω, vel ήσω, insuper vel præterea hortor. Προσπαρακαλέσαντες ἀμφοτέρους Ἀθηναίους, *Thuc.*

[illegible] adjacens.

Προσπαρακελεύομαι, insuper jubeo.

Προσπαραλαμβάνω, ultra accipio, præterea adsumo. Προσπαραλαμβάνων τὸν δυνάμενον, &c. *Marc. Anton.* 7, 5. Hinc

Προσπαράληψις, εως, ἡ, adsumptio.

Προσπαρασκευάζω, una apparo.

Προσπαρατίθημι, insuper, præterea addo.

Προσπαρατρώγω, una arrodo, sc. dictis.

Προσπαρδεῖν, oppedere. Ex πρὸς et παρδεῖν, *pedere*, aor. 2. inf. a πέρδω, *pedo*.

Προσπαρέχω, insuper præbeo, insuper exhibeo.

Προσπαρίσταμαι, venio in mentem; (2) in deditionem redigo.

Προσπαροικέω, accola, vicinus sum.

Προσπαροξύνω, fut. υνῶ, præterea vel insuper exaspero.

Προσπασσαλεύω, vel προσπατταλεύω, fut. εύσω, paxillis adfigo; προσπατταλευθήσεται, adfigetur, f. 1. pass. Μικροῦ δεῖν προσεπατταλεύσα, *Luc.*

Προσπασσαλόω, ῶ, idem. A πάσσαλος.

Προσπάσσω, vel πάττω, f. άσω, inspergo, adspergo.

Προσπάσχω, erga aliquid affectus sum; (2) addictus sum alicui et ei adhæreo, naturali studio vel inclinatione; προσπαθὼν, aor. 2. part. affectus. Οὗτοι ὅταν προσπαθῶσιν, ἤτε φαγεῖν, ἤτε κοιμηθῆναι θέλουσι, *M. Anton.* 5, 1.

Προσπατταλεύω. Vide προσπασσαλεύω.

Προσπάω, ῶ, attraho, *R.*

Πρόσπεινος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui valde esurit, famelicus. A πεῖνα.

Προσπειράζω, attento, *Gl. V.*

Προσπελάζω, vel προσπελάω, ῶ, fut. άσω, appropinquo, accedo; (2) admoveo, *Gl. V.* applico, appello, adverto, accedo. Ἤδη τε τῷ Βυζαντίῳ προσπελάζοντα, *Appian.* Ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ προσπελάζει, *Aristænet.* Hinc

Προσπέλασις, εως, ἡ, applicatio, appropinquatio.

Προσπελάτης, ου, ὁ, cliens, adsecla, famulus.

Προσπέμπω, f. ψω, insuper mitto; (2) mitto ad; (3) immitto alicui, v. gr. percussorem. Ἀμητά τε προσέπεμψεν ἡμῖν τουτονί, *Aristoph. Plut.* 999.

Προσπεπλασμένως, *adv.* simulate. A προσποιέομαι.

Προσπέρδω, oppedo; προσπαρδεῖν, oppedere, aor. 2. inf.

Προσπεριβάλλω, et προσπεριβάλλομαι, circumdo, circumvallo; (2) ultra modum amplector, et ultra justos fines prorogo imperium. *Gl. V.* adoperio. Προσπεριβάλλεται τὸν πεζὸν στρατὸν ταῖς ναυσὶ, *Plut.*

Προσπεριγίγνομαι, supersum.

Προσπεριεργάζομαι, curiose ago, curo.

Προσπεριλαμβάνω, simul complector.

Πρ[illegible]

Προσπεριοδεύω, f. εύσω, insuper vel simul obeo; (2) una velut peragrando describo.

Προσπεριορίζω, insuper includo. Μεγάλην τινὰ ἔννοιαν τῷ ἐπαίνῳ προσπεριωρίσατο, Longin.

Προσπεριποιέομαι, insuper ex demonstratis cogo et demonstro.

Προσπερονάω, ῶ, fibula annecto, adfigo.

Προσπεσοῦσαν, acc. sing. aor. 2 part. act. f. g. verbi προσπίπτω.

Προσπετάννυμι, extendo ad.

Προσπέτομαι, et προσπέταμαι, fut. πτήσομαι, advolo.

Προσπεφυκότως, adv. inhærenter. A προσφύομαι.

Πρόσπηγμα, ατος, τὸ, adfixum, quod adhæsit tenaciter, concrevit. A

Προσπηγνύω, et προσπήγνυμι, fut. ξω, adfigo Τοῦτον—διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε, Act. 2, 23.

Προσπηδάω, ῶ, prosilio, insulto, adsilio.

Προσπήξαντες, nom. pl. aor. 1. part. act. verbi προσπήγνυμι

Προσπήσσομαι, idem quod προσπήγνυμαι, Steph.

Προσπηχύνομαι, ulnis amplector; (2) cubito metior. Ζεῦ, σὲ δὲ Κυρβάντων ἑταραι προσεπηχύναντο, Callim. A πῆχυς.

Προσπιέζω, una, simul premo.

Προσπίλναμαι, appellor, admoveor, propinquus fio, Od. 13, 95.

Προσπιπίσκω, una, insuper bibo. aor. 1. inf. προσπίσαι.

Προσπιπράσκω, cum alio vendo, quasi in compendium.

Προσπίπτω, accido, evenio; (2) accido ad, v. gr. pedes, unde supplex fio, item (3) adulor; (4) adorior, irruo; (5) occurro, obvius sum, incido; προσπεσὼν, adortus, aor. 2. part Πότερα προσπέσω γόνυ Ἀγαμέμνονος τοῦδ', ἢ φέρω σιγῇ κακά, Eurip Hec. 726. Τὸ σκυλακῶδες, τὸ πᾶσιν προσπίπτειν, more catulorum omnes assultando adire, Xenoph. Cyrip. 1. Μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας, habens consuetudinem majorem humana, Eur. Hipp. 19.

Προσπιτνέω, accido ad genua, supplex fio, accido, cado ad; (2) supervenio, intervenio. Ἄφνω προσελθὼν δῶμα προσπίτνει νεκρῷ, Eur. Med. 1208. Τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι Soph. Œd. Col. 1757. Προσπίτνω σε γόνασι, Id. Phil. 485. (2) ἐν τῷδε μήτηρ ἡ τάλαινα προσπίτνει, Eurip. Phœn. 1438.

Προσπλάζω, pro προσπελάζω imperf. προσέπλαζον, Il. 12, 285.

Προσπλάθω, fut. άσω, idem.

Προσπλάσσω, vel πλάττω, fut. άσω, adfingo; (2) illino, adhærere facio; προσπλαττόμενος, adhærens.

Προσπλαστικὸς, ἡ, ὸν, obstruendi seu opplendi vim habens. A προσπλάσσω.

Πρόσπλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui appropinquare aliquis potest, ad quem accessus patet. A προσπλάζω.

Προσπλέκω, fut. ξω, addo, adjungo, annecto. Gl. V. applico; προσπλακεὶς, adnexus, Ph. aor. 2. part. pass. (2) pro συμπλέκω· συμπλέκεσθαι, conserere manus.

Προσπλέω, f. εύσω, adnavigo. Κατιδόντες εἴκοσι ναῦς Ἀθηναίων προσπλεούσας, Thuc. ἀπὸ Σικελίας.

Προσπληρόω, ῶ, f. ώσω, impleo; (2) suppleo.

Προσπλήσσω, fut. ξω, percutio.

Πρόσπλους, ὁ, adnavigatio.

Προσπλωτὸς, ἡ, ὸν, navigabilis; vel qu. dic adnavigabilis.

Προσπλώω, adnavigo.

Πρόσπνευμα, τὸ, afflatus. Προσπνεύματι, acriter. Ἔτι δὲ τῷ προσπνεύματι συνηλωμένων καὶ ... μένων ἐκ διάρσεως ταῖς μαχαίραις, Anonym. ap. Suid. Vide πνεύσις.

Πρόσπνευσις, εως, ἡ, adspiratio. A

Προσπνέω, ῶ, f. εύσω, adflo, adspiro. Ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν! Aristoph. Ran. 339.

Προσποιέομαι, οῦμαι, vindico mihi; (2) adquiro, in potestatem redigo; (3) concilio mihi; (4) simulo; προσποιήσασθαι, adlectare, Ph. aor. 1. inf. A

Προσποιέω, ῶ, idem; (2) addo, adjungo, fut. 1. προσποιήσειν, vindicaturum esse, rarius occurrit. Ἐπὶ τῷ κομᾶν καὶ κομψὸς εἶναι προσποιεῖς; Aristoph. Vesp. 1306. Καί σε προσποιούμεθα εὖ ... Eurip. Hel. 1102. Ἐγὼ μὲν προσεποιούμην βήττειν, Xen.

Προσποιῇ, 2. sing præs. ind. pass.

Προσποίημα, ατος, τὸ, quod nobis vindicamus; (2) id quod simulamus. Οὐδὲν αἱρέσεως, ἢ χειροτονίας, ἢ προσποιήματος ἔτι δεηθεὶς, App. Bell. Civ. 1, 5. (2) δεόμενος δ' ἄρα καὶ τοῦ προσποιήματος αἱρετὸς εἶναι δοκεῖν, Id. Ibid. 1, 98.

Προσποίησις, εως, ἡ, vindicatio, vindiciæ, Ph. (2) acquisitio; (3) simulatio. Gl. V. dissimulatio. A προσποιέομαι.

Προσποιητικὸς, ἡ, ὸν, simulator, simulationi studens. A

Προσποίητος, ου, ὁ καὶ ἡ, et προσποιητὸς, ἡ, ὸν, simulatus, fictus. A προσποιοῦμαι.

Προσποιήτως, adv. simulate; (2) adsciscendo, per adquisitionem.

Προσπολεμέω, ῶ, fut. ήσω, bello aggredior.

Προσπολεμόω, ῶ, f. ώσω, insuper hostem facio aliquem alicui.

Προσπολέω, ῶ, fut. ήσω, famulor, ministro seu ministræ munere fungor.

Προσπολέομαι, advenio, accedo.

Πρόσπολος, ου, ὁ καὶ ἡ, famulus, minister. A πολέω, versor.

Προσπονέω, laboribus præteritis alium suscipio. Ἰατρεῦσαι προσπονῆσαι, App. Bell. Civ. 11, 81.

Προσπορεύομαι, fut. εύσομαι, proficiscor ad, accedo vel venio ad; (2) aggredior aliquid; (3) advenio. Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, Marc. 10, 35.

Προσπορίζω, adquiro, comparo insuper, vel simp. alteri; in med. comparo mihi. Προσπορεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου, Dem. Hinc

Προσπορισμὸς, οῦ, ὁ, adquisitio nova, item ejus quo adhuc egebamus; (2) quod adquiritur per eos qui in nostra sunt potestate.

Προσπορπάζω, vel προσπορπάω, et προσπορπάομαι, ῶμαι, fibula annecto, affigo. Hinc

Προσπορπατὸς, ἡ, ὸν, fibula annexus, adfixus.

Προσπράσσομαι, insuper pendere pecuniam cogor.

Πρόσπταισις, εως, ἡ, ipsa actio offendendi seu impingendi, offensio. A προσπταίω.

Πρόσπταισμα, ατος, τὸ, offensio pedis, prolapsio. Ab eod.

Προσπταίω, fut. αίσω, offendo, impingo; (2) pecco, erro; (3) indignationem aut odium alicujus incurro; (4) cladem accipio, adversa utor fortuna. Διὰ Φειδίου προσέπταισε τῷ δήμῳ, Plut.

Πρόσπτημι, -πέτομαι, advolo, Soph.

Προσπτῆσαι, aor. 1. inf act. verbi προσίπτημι.

Πρόσπτυγμα, ατος, τὸ, amplexus; (2) id quod amplectimur. A

Προσπτύσσω, fut. ξω, applico; προσπτύσσομαι, amplector, complector, amice saluto, blande compello. Τὴν μητρὸς αὐτῶν πατέρα προσπτύξῃ, Eur. Bac. 1321. Προσπτύξαί με τὸν αἰπόλον, Theocr. 3, 19. Ἐς δ' ὑγρὸν ἀγκῶν' ἔτ' ἔμφρων παρθένῳ προσπτύσσεται, Soph. Antig. 1251.

Προσπτύω, f. ύσω, inspuo in aliquem; (2) contemptim rejicio; (3) abominor, despuo.

Πρόσπτωσις, εως, ἡ, impetus irruentis, offendentis; (2) offensio, allisio; (3) casus, eventus.

Προσπυνθάνομαι, insuper percontor.

Προσπυρόω, amplius accendo; (2) accendo.

Προσραίνω, adspergo. Πολὺν ἡ μίλτος γέλων, παρέσχεν, ἣν προσέῤῥαινεν κύκλῳ, Aristoph. Conc. 379.

Πρόσρηξις, εως, ἡ, collisio, conflictus, conflictatio. A προσράσσω, vel -άττω.

Προσραπτέον, adv. posit. adsuendum. A

Προσράπτω, fut. ψω, adsuo.

Προσράσσω, vel προσράττω, fut. ξω, allido.

Προσρέπω, accedo, sc. augendi causa.

Προσρέω, adfluo, allabor, Gl. V. (2) accedo; (3) alloquor.

Προσρήγνυμι, vel προσρηγνύω, f. ξω, allido, illido; προσρήγνυμαι, allidor, irruo. Προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, Luc. 6, 48. Hinc

Πρόσρηξις, εως, ἡ, inlisio. Gl. V. impetus, conflictus.

Προσρήσσω, idem quod προσρήγνυμι.

Πρόσρημα, ατος, τὸ, appellatio; (2) salutatio. A προσρέω, alloquor. Unde

Πρόσρησις, εως, ἡ, appellatio, compellatio, salutatio.

Προσρητέον, adv. posit. alloquendum, appellandum.

Προσρητέος, έα, έον, insuper commemorandus, compellandus.

Προσρητὸς, ἡ, ὸν, compellatus, salutatus.

Πρόσριζα, vel πρόσριζον, adv. stirpitus, radicitus, una cum radicibus.

Προσριζόφυλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, juxta radices folia, radicem foliatam habens. Ex πρὸς, ῥίζα, et φύλλον.

Προσριζόω, ῶ, fut. ώσω, actis radicibus adfigo.

Προσρίπτω, allido, impingo.

Προσρωννύω, vel προσρώννυμι, fut. ρώσω, insuper confirmo, corroboro.

Προσσαίνω, adblandior, adblandiendo delecto. Φῶτα προσσαίνειν κακὸν, viro adblandiri malo. Æschyl. Agam. 1674. Προσσαίνουσί με, Eur. Hipp. 865.

Προσσαίρω, inhio, idem quod præc.

Προσσημαίνω, f. ανῶ, præterea significo, adsignifico. Ῥῆμα δέ ἐστι τὸ προσσημαῖνον, χρόνον, Aristot.

Προσσημαντικὸς, ἡ, ὸν, præterea significans, adsignificativus.

Προσσημασία, ας, ἡ, signum additum vel concurrens aliis signis, R.

Προσσιελίζω, fut. ίσω, adspuo, despuo in.

Προσσκώπτω, dicteriis incesso insuper.

Πρόσσοθεν, adv. e longinquo. A πρόσσω.

Προσσπαίρω, palpito ad.

Προσσπένδω, adfundo, insuper libo.

Προσστασιάζω, insuper ad seditionem concito.

Προσσταυρόω, vallo insuper munio, Thuc.

Προσστέλλω, contraho, adduco; inde p. part. pass. προσεσταλμένος, adstrictus, contractus, Suicer.

Προσστρατοπεδεύω, fut. εύσω, castra pono ad.

Προσσυκοφαντέω, insuper criminor, calumnior.

Προσσυλλαμβάνομαι, adjuvo, augeo, confirmo.

Προσσυμβάλλομαι, una, insuper prosum.

Προσσυνάπτω, addo, adjungo, adnecto.

Προσσύνειμι, simul adsum, attendo.

Προσσυνθερμαίνω, una calefacio.

Προσσυνίημι, una intelligo.

Προσσυνίστημι, una laudo, seu commendo, una demonstro, sc. laudis consequendæ causa.

Προσσυνοικέω, accedo alicui accola, in eandem domum vel urbem recipior.

Προσσυνοικίζω, fut. ίσω, in matrimonium præterea seu insuper colloco, Suicer.

Προσσυντίθημι, simul caupono; in med. paciscor cum aliquo præterea.

Πρόσσω, adv. ante se, in anteriorem partem. A πρός.

Προσσωματοποιέω, ῶ, fut. ήσω, præterea corpus facio, corpori adjungo.

Προσσωρεύω, adaggero, accumulo, Gl. V.

Προστάζω, instillo, Pind.

Προσταγὴ, ἡ, idem quod

Πρόσταγμα, ατος, τὸ, præceptum, præceptio, imperium, auctoritas; Ph. jussum; al. Gl. V. A προστάσσω. Unde

Προστακτικὸς, ἡ, ὸν, imperiosus, imperativus.

Προστακτικῶς, adv. imperative, in imperativo, imperando.

Προσταλαιπωρέω, ῶ, f. ήσω, labores et ærumnas in aliqua re suffero; miseratione alterius tangor. Ἀλλ' ἀνάσχεσθ', ὦ 'γαθαι, καὶ προσταλαιπωρήσατε, adhuc durate, Arist. Lys. 765.

Προστανύω, extendo, Steph.

Προστάξαι, aor. 1. inf. act. verbi προστάττω.

Πρόσταξις, εως, ἡ, mandatum, imperium. Gl. V. præceptum, præceptio. A προστάσσω.

Προστάξομεν, 1. plur. f. 1. ind. act. verbi προστάττω.

Προσταράσσω, fut. ξω, amplius, præterea turbo.

Προσταργανόω, ῶ, annecto, alligo. A ταργάνη.

Προστὰς, άδος, ἡ, porticus vestibulum, et ipsa porticus. Etiam prostibulum seu scortum; προστάδες, scorta, prostibula. A προΐσταμαι.

Προστασία, ας, ἡ, imperium quo aliquibus præsumus,

sumus, præfecturæ dignitas; (2) patrocinium, tutela, præsidium, auxilium; (3) cultus externus, species, comitatus, magnificentia pompæ, *ap. Polyb.*

Προέστασις, εως, ἡ, excellentia, principatus, eminentia; (2) *ap. Hipp.* humoris dominantis significatio. Ab eod.

Προστάσσω, vel άττω, f. ξω, præficio aliquem, imperium ei aliquod et munus mandans; *Gl. V.* προστάσσειν, destinare; (2) impero, præcipio, *Gl. V.* Τί δῆτ' ἀμαυρῷ φωτὶ προστάσσεις ποιεῖν; *Soph. Œd. Col.* 1011. Ἡ ταῖς Ἀθήναις τόνδε προστάσσεις πόνον; *Eurip. Supp.* 185. Ἅπαντα τ' αὐταῖς ἔτι προστεταγμένα, ἃ τοῖσιν ἀστοῖς εἶπεν, *Arist. Conc.* 459

Προστασία, ας, ἡ, præfectura, procuratio; (2) patrocinium, defensio. A

Προστατεύω, fut. εύσω, præsum, præsideo. Ἀνθρώπων ἄλλων προστατεύειν, *Xen.*

Προστατέω, ῶ, fut. ήσω, idem; (2) patrocinor, tueor, defendo. Ἤπερ μόνη (ἀναιδεία) προστατεῖ τῶν ῥητόρων, *Aristoph. Eq.* 325. τῆσδε χθονὸς, *Eur. Herac.* 207.

Προστατήριος, ου, ὁ, præses, adjutor, auxiliator. Apollinis epithetum, quasi vestibularius, et liminaris, quasique janitor dictus. *Gl. V.* tutelaris. Φοῖβε προστατήριε, Apollo tutelaris. *Soph. El.* 637. A

Προστάτης, ου, ὁ, præpositus, præses, antistes; (2) quicunque est in aliquo genere primus. Προστάτεω ἐπιλαβόμενοι, ducem nacti *Herodot.* 1, 127. Ὅς ἐσθ' ὁ προστάτης, quis ille sit qui ad aram sedet, *Soph. Œd. Col.* 1171, 1278. Ὅς ἦν τῶν Ἀλλοβρίγων προστάτης, patronus, *Appian. Bell. Civ.* 2, 4.

Προστάτις, ιδος, ἡ, patrona; (2) hospita; (3) curatrix, tutatrix. A præc.

Προστατικὸς, ἡ, ὸν, ad προστάτην, pertinens

Προστατικῶς, *adv.* cum magna προστασίᾳ, dignitate, magnificentia.

Προστατοῦντα, acc. sing præs. part. v. προστατέω.

Προστάττω. Vide προστάσσω.

Προσταυρόω, ῶ, vallis seu palis in terram depactis præmunio *Thuc.*

Προστέγιον ου, τὸ, tecti prominentia. A στέγος.

Προστέγισμα, ατος, τὸ, idem et ex eod.

Προστεθεὶς, a. 1. part. pass. verbi προστίθημι.

Προστεθήσομαι, apponar, fut. 1. ind pass.

Προστείνομαι, insto, instanter posco, *Steph.*

Προστειχίζω, fut. ίσω, murum addo, præterea muro cingo.

Προστείχω, advenio, vel venio ante; adeo, accedo, *Hom.*

Προστεκμαρτέος, α, ον, una conjiciendus, conjectura e signis intelligendus.

Προστεκταίνομαι, insuper struo et machinor.

Προστελέω, solvo, numero, erogo, impendo.

Προστέλλω, protego. *Gl. V.* adstringo. Προστέλλομαι, eo, proficiscor. προὐστάλην, aor. 2. pass. Μακρὰν προὐστάλης ὁδὸν, longam confecisti viam, *Soph. Œd. Col.* 20.

Προστενάζω, ante gemo, seu doleo.

Προστένω, idem.

Προστερατεύομαι, fut. εύσομαι, prodigiose adfingo. Ex τέρας.

Προστερνίδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, pectori anterius applicatus. *Gl. V.* pectoralis. Hinc τὸ προστερνίδιον, ου, pectorale. Ex στέρνον.

Προστερνίζομαι, fut. ίσομαι, pectori meo applico, amplector, complector, *Joseph.* A π. et στέρνον.

Πρόστερνος, ον, pectori impositus, adpositus, oppositus. Ex iisd.

Προστέρπω, oblecto, *Hom.*

Προστεταγμένοι, nom. pl. perf. part. pass. verbi προστάττω.

Προστεφανόω, ῶ, f. ώσω, ante corono, prius corona redimio; (2) redimio.

Προστηθίδιον, ου, τὸ, antilena, imaguncula ex pectore suspensa. Ἔχοντες προστηθίδια καὶ τύπους, *Polyb.* 22, 20, 6. *Gl. V.* A

Προστηθίδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, appositus seu applicatus pectori. Ex π. et στῆθος.

Προστηθὶς, ίδος, ἡ, anterior pars τοῦ στήθους, quasi pectus manus seu pedis, *h. e.* eminentia illa prope digitos manuum et pedum. Ex iisd.

Προστήκω, f. ξω, liquefactum adfundo; (2) adhæreo, assideo; προστετηκὼς, adhærens, affixus, assiduus, in re aliqua, p. part. Ὅμως γίγνεται τὸ χρῶμα τῷ χρυσῷ προστετηκὼς αὐτῷ, *Luc.* Πλευρᾷ προσαχθέντος ἰοῦ, lateri adfixo veneno, *Soph. Trach.* 833. Ὕδρας προστετακὼς φάσματι, *Id. Ibid* 836. Vide φάσμα.

Προστῆναι, aor. 2. inf. act. verbi προΐστημι.

Προστιβὰς, άδος, ἡ, vestigium impressum ab eo qui praiit, *Suid* al. cubile.

Προστιθεὶς, præs. part. act.

Προστίθεμεν, apponimus, 1. pl. præs. ind. act.

Προστίθημι, addo, adjicio; (2) applico; (3) adjungo; (4) adaugeo; (5) addico, et proprium trado; προστίθεμαι, addor, adjungo me, assentior. *Gl. V.* adstipulor, faveo, addico me; προστίθεσθαι, adhiberi, addi, *Ph.* προστέθηκεν, addidit, *Ph* aor. 1. act. προσετέθη, additum est, addita est, *Gl. V.* aor. 1. pass. προστεθὲν, additum, *Ph.* aor. 1. part. pass προστεθειμένος, additus, *Gl. V.* devotus, perf part. pass. Ἐάν τις εἰκῆς ἐστιν ἡμῖν, εἰ πόλεμος γένοιτο, προστίθεσθαι, *Appian.* Μόνον τόδ' ἔργον προστιθεὶς ἐμῷ τέκνῳ, *Eur. Supp.* 27.

Προστιλάω, ῶ, f. ήσω, stercore contamino, vel stercore emisso inquino.

Προστιμάω, ῶ, fut. ήσω, mulcto. Προστιμᾶν τῷ δημοσίῳ, *Dem.* Τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον, *Id.*

Προστίμημα, ατος, τὸ, mulcta, pœna; (2) æstimatio litis. A προστιμάω.

Προστίμησις, εως, ἡ, idem. Ab eod.

Προστίμιον, ου, τὸ, idem, *Ph.* Μεγίστων ἄξιον προστίμων, diris suppliciis dignissimum, *Polyb.* 2, 56, 15

Προστίμιος, ὁ, ἡ, qui pœnæ causa imponitur. A τιμή.

Προστιμωρέω, ῶ, fut ήσω, opem fero, auxilior.

Προστομία, ἡ, labiorum commissura, *Poll.*

Προστόμιος, ον, præacutus, epith. gladii; acuta cuspide præfixus, seu acutus in summa sui parte, ut προστόμιον ξίφος, *Steph.* A στόμα.

Προστοὸν, τὸ, locus ante porticum, vel porticus ante ædes. Vide πρόστωος

Προστοχαστικὸς, ἡ, ὸν, rectam conjecturam faciens de futuro, futuri providus.

Προστραγῳδέω, ῶ, f. ήσω, tragice exaggero; (2) tragice alloquor Ἔχει πολὺ τὸ ἔξωθεν προστραγῳδούμενον, magnificum, *Longin.*

Προστρατοπεδεύω, castra pono ante.

Προστραχηλίζω, arrepto collo luctor.

Προστρέπω, f ψω, oro, obsecro, precor, ad genua provolutus et adorans. Τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προστρέπω, *Soph. Aj.* 842. Κακῶς ὀλέσθαι πρόστρεπ' Ἀργείων χθόνα, *Eurip. Suppl.* 1195

Προστρέχω, accurro, occurro, *Gl. V.* (2) gratiam capto alicujus; (2) adstipulor. Γυνή τις ἡμᾶς ἐστεφανωκυῖα προστρέχει, *Aristoph. Thesm.* 579. Πρὸς τὸν πάππον προσδραμεῖν, *Xen.*

Προστρίβω, fut. ψω, attero, incutio, infligo. *Gl. V.* affrico; προστρίβομαι, imprimo, infligo, *Gl. V.* aspergo, v. gr. maculam; cupidius adjungo me alteri, adhæresco, *Ern.* Πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις, *Aristoph. Eq.* 5. Αὐτὸς δ' ὢν ἐνεκαλεῖτο, τὰς αἰτίας τῇ Φυλβίᾳ προσετρίβετο, attribuit, *Plut.* Hinc

Πρόστριμμα, ατος, τὸ, fragmentum; (2) afflictio, calamitas.

Πρόστριψις, εως, ἡ, attritus, adfrictus.

Προστρόπαιος, ου, ὁ, cui supplicamus, seu ad cujus genua supplices provolvimur; (2) qui supplex alicui ad genua accidit; (3) qui piaculum importat, ob quem religio oboritur; (4) vindex et ultor homicidiorum et aliorum scelerum. *Æschyl. Choeph.* 285. Θάκει δὲ προστρόπαιος, supplex adside, *Soph. Aj.* 1173. *Œd. Col.* 1374. *Philoct.* 953.

Προστροπὴ, ῆς, ἡ, supplicatio, supplices preces; (2) devotio, detestatio; (3) reatus ob homicidium; (4) piaculum, labes sceleratæ contagionis. (1) τίνα πόλεως ἐπέστης προστροπὴν ἐμοῦ τ' ἔχων, quidnam a civitate et a me supplici prece petitum venisti, *Soph. Œd. Col.* 558. Βωμός τι κνισσᾶν βεθύτοισι προστροπαῖς, *Eurip. Alcest.* 1159. A προστρέπω.

Προστρόπιος, ὁ, qui piaculo se obstrinxit. A præc.

Προστρόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, supplex, qui supplex alicui ad genua procidit. Ab eod.

Πρόστροχος, ὁ, ἡ, accurrens; (2) ad quem accurri potest; (3) rotundus. *Hes.* A προστρέχω.

Προστυγχάνω, occurro, obvius fio, offero me; (2) consequor aliquid; (3) alicui rei deditus sum, aor. 2. προσέτυχον, part. προστυχὼν, obvius. Οὕτως ἐξ ἴσως ὑπήκουσεν, ὡς οὐδεὶς πώποτε ὧν ἐγὼ προσέτυχον νέων, *Plato.* Ὁ προστυχὼν, quilibet, quivis, obvius; *item, cæt.* qu. v προστυχής. Ἡ χαρίεσσα δὲ ἐν ἀστείων μὲν γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ ἐκτόπως· καὶ τοῖς προστυχόντος, ἀεὶ, καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις, *Lucian.*

Πρόστυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ab anteriore parte columnas habens.

Πρόστυμμα, τὸ, si a τύφω, accensio, incensio; res ipsa accensa; si a τύπτω, afflictio, allisio rei ad aliam, res ipsa afflicta, &c. vid. *Ern.*

Πρόστυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, proprie extra corpus paululum eminens; (2) cœlatus, sigillatus, habens eminentes figuras, &c. *opp.* περιφανῆ, quæ totam rem exprimunt, et extrinsecus allegantur.

Προστυπόω, ῶ, fut. ώσω, cœlo, vid. super.

Πρόστυπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, adstrictus, substrictus. A

Προστύφω, fut. ψω, ante adstringo, ante spisso seu constipo.

Προστυχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, obvius; (2) qui in aliqua re versatus est, didicit aliquid, ut προστυχὴς τῇ φιλοσοφίᾳ. A προστυγχάνω.

Πρόστωος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ante porticum est; scribitur et πρόστοος. A στοά.

Προσυβρίζω, fut. ίσω, nova insuper injuria adficio, insuper contumeliosus sum.

Προσυγγίνομαι, antea congredior vel colloquor; προσυγγινόμενοι, prius collocuti.

Προσύγκειμαι, ante ex pacto constitutus sum.

Προσυζεύγνυμι, ante conjungo.

Προσυλακτέω, allatro *proprie* et *tropice.*

Προσυλάω, ante spolio, prior spolio.

Προσυλλέγω, ante colligo.

Προσυλλογισμὸς, οῦ, ὁ, syllogismus, in quo præmissæ principalis syllogismi concluduntur.

Πρόσυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, materiæ adhærens; (2) qui rebus mundanis deditus est. Ex ὕλη.

Προσυμμίσγω, commisceo, confundo.

Προσυμνέω, carmina cano, hymnis celebro, *Schol. Theoc. ad Idyll.* 2, 11.

Προσυμφύω, ante adnascor.

Προσυμφωνέω, ante consentio.

Προσυναθροίζω, ante congrego.

Προσυνάπτω, ante conjungo.

Προσυνίημι, ante intelligo.

Προσυνίστημι, ante commendo.

Προσυνοικήσασα, quæ ante cohabitavit et nupta fuit; a προσυνοικέω, ῶ.

Προσυνοικίζω, ante colloco in colonia, in matrimonio. Χώραν τοῖς προσυνοικιζομένοις παρέχουσιν, *M. Anton.* 4, 13.

Προσυντίθεμαι, ante paciscor, prius convenio.

Προσυντρίβω, ante confringo vel confringi jubeo.

Προσυπακουστέον, *adv. posit.* subaudiendum. A

Προσυπακούω, subaudio: de ellipsi.

Προσυπαντάω, ῶ, fut. ήσω, venio obviam, occurro.

Προσυπάρχειν, insuper concedi, seu dari, *Dem.*

Προσυπεδείξαμεν, 1. pl. a. 1. ind. med. verbi προσυποδείκνυμι.

Προσυπεμφαίνω, ostendo. *Pass.* appareo.

Προσυπεργάζομαι, subministro.

Προσυπισχνέομαι, insuper polliceor.

Προσυποβάλλω, subjicio, *Gl. V.*

Προσυπογράφω, f. ψω, insuper, una subscribo. Ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ κἀκεῖνο τῇ διανοίᾳ προσυπογράφοιεν, *Longin.* 14.

Προσυποδείκνυμι, fut. ξω, ostendo.

Προσυπολαμβάνω, præterea, insuper existimo.

Προσυπομιμνήσκω, admoneo, *Gl. V.* προσυπέμνησεν, insuper submonuit.

Προσυπομνηματίζω, et ομαι, in commentario addo.

Προσυποπτεύω, ῶ, fut. ήσω, insuper suspicor, præterea suspectum habeo.

Προσυποπτεύω, idem.

Προσυποτίθεμαι, una suppono, una intelligi[illegible]

Προσυρίσσω, vel -συρίττω, f. ξω, sibilo signum do, ante vel prius sibilo.

Προσυφαίνω, attexo.

Προσυφίσαμαι, accedo, τὰ προσυφιστῶτα, adventitia, quæ extrinsecus accedunt.

Προσυψόω, ῶ, f. ώσω, altius extollo, attollo.

Προσφάγιον, ου, τό, id quo cum pane vescimur, opsonium. *Ph.* pulmentum, pulmentarium. A

Προσφαγεῖν, cum pane vesci.

Πρόσφαγμα, ατος, τὸ, hostia, victima. Τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα, *Eurip. Hecub.* 41. Πλεόνων προσφαγμάτων, *Id. Alc.* 848. A

Προσφάζω, idem cum προσφάττω. Προσφάζεται μὲν αἷμα πρῶτα νερτέροις, *Eur. Hel.* 107.

Προσφαίνομαι, appareo, significor. [illegible] πολλοὶ προσεφάνησαν, *Xen.*

Πρόσφατος, ου, ὁ καὶ ἡ, recens seu nuper interfectus; (2) recens dictus; (3) recens, novus. Νῦν δέ μοι ἑρσήεις, καὶ πρόσφατος ἐν μεγάροισι Κεῖσαι, *Il.* 24, 757. Ex πρὸς et φάω, *occido* vel *dico.*

Προσφάττω, fut. ξω, macto seu jugulo ante. Ἱερεῖα προσφάττειν, *Plato.*

Προσφάτως, *adv.* recens, nuperrime, novissime.

Προσφερὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, similis. A προσφέρω

Προσφέρτατος, præstantissimus, *Soph.*

Προσφέρω, offero, adfero, apporto, adhibeo. *Gl. V.* πρόσφερε, adfer, *Ph.* προσφέρομαι, offeror; (2) adferor, &c. (3) irruo; (4) æquo; (5) *in med.* sumo, v. gr. cibum; (2) tracto aliquem, utor aliquo; (3) manus consero, invehor in aliquem; (4) accedo aliquem, adjungo me alicui, assentior, προσήνεγκεν, admovit, *Ph.* aor. 1. προσηνέγκατο, adhibuit, *Ph.* aor. 1. med. προσηνέχθη, oblata est, *Gl. V.* aor. 1. pass. προσενεχθεὶς, allatus, *Gl. V.* προσενεχθὲν, oblatum, *Ph.* part. προσοίσω, adferam, *Gl. V.* fut. 1. ind. act. Τίς οὐ σίδηρον προσφέρει; *Eur. Andr.* 1152. Προσεφέρετο τῷ σκοτίλῳ, *Luc.*

Προσφεύγω, fugio ad, confugio. Προσφεύγειν τοῖς βωμοῖς, *Plut.*

Πρόσφημι, alloquor; προσέφη, allocutus est, affatus est, *Il.* 8, 84, &c.

Προσφθέγγομαι, f. ξομαι, alloquor, compello, appello, saluto, *Gl. V.* προσφθεγξάμενος, adfatus, *Gl. V.* Ὕστατον γάρ σ' εἰσορῶν προσφθέγγομαι, *Eur. Hipp.* 1100. Πάγον Κρόνου προσεφθέγξατο, *Pind. Ol.* 10, 60.

Προσφθεγκτήριος, salutatorius. Hinc προσφθεγκτήρια, ων, τὰ, dona quæ sponsus pro virginitate ablata donabat, sponsam salutans.

Προσφθεγκτικὸς, ἡ, όν, allocutorius.

Πρόσφθεγκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, dignus, quem alloquaris seu compelles. A προσφθέγγομαι.

Πρόσφθεγμα, ατος, τὸ, alloquium, allocutio. *Gl. V.* appellatio; προσφθέγματι, adfatu, *Ph.* Ab eod.

Πρόσφθεγξις, εως, ἡ, salutatio, compellatio.

Προσφθείρομαι, accedo. *Interpretantur* et cum pernicie mea accedo; (2) depereo, insano amore teneor; *sed non est necesse*, Ern. Προσφθαρεὶς, adortus, amore perdite captus.

Πρόσφθογγος, ου, ὁ καὶ ἡ, salutatorius.

Προσφθονέω, ῶ, fut. ήσω, insuper invideo.

Προσφίγγω, alligo.

Προσφιλία, ας, ἡ, amicitia, benevolentia. A προσφιλής.

Προσφιλεστάτως, *adv.* amantissime. A seq.

Προσφιλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, gratus, amabilis, charus; (2) amicus, benevolus, προσφιλέστατος, amantissimus, gratissimus, *Gl. V.* Ex φίλος.

Προσφιλοκαλέω, ῶ, elegantiam adscisco, comminiscor.

Προσφιλονεικέω, ῶ, fut. ήσω, insuper contendo, certo de aliqua re.

Προσφιλοπονέω, ῶ, f. ήσω, naviter alicui rei operam do.

Προσφιλοσοφέω, ῶ, f. ήσω, philosophor cum aliquo, in aliqua re; eam diligenter meditor.

Προσφιλοτεχνέω, ῶ, fut. ήσω, studium et industriam rei alicui adhibeo; (2) solerter comminiscor; (3) inventis aliquid adjicio.

Προσφιλῶς, *adv.* amice, ut amicum decet; (2) grate, ita ut gratum est.

Προσφοιτάω, ῶ, fut. ήσω, accedo; (2) adeo sæpe, frequento, de discipulis. Ζήνωνι προσεφοίτησε πλείονα χρόνον, *Ælian.*

Προσφορὰ, ᾶς, ἡ, oblatio; (2) utilitas, commodum; [illegible]; (4) exprobratio, insectatio, crimen (sed hoc posterius est potius προφορὰ, nam προφέρειν τιν. ὄνειδος *exprobrare alicui turpitudinem* dicitur, non προσφέρειν)· (2) ἡ σὴ προσφορὰ, commodum ex te oriundum, *Soph. Œd. Col.* 581. (4) προσφορὰ δ' οὐκ ἔσ' ἔτι, at ea exprobrare nihil amplius adtinet, *Soph. Œd Col.* 1270.

Προσφορέω, adgero, apporto. Hinc

Προσφόρημα, τὸ, cibus, ferculum.

Πρόσφορος, ου, ὁ καὶ ἡ, commodus, aptus, conveniens, utilis. Ὅπως ἂν γυμνάσω τὰ πρόσφορα, ut exercere possim commode, *Eurip. Hipp.* 111. Πρόσφορά μ' αἴρετε, commode corpus tollite, *Id. Ibid.* 1361.

Προσφόρως, *adv.* commode, convenienter, utiliter.

Προσφραγίζω, f. ίσω, ante insignio vel obsigno.

Προσφυγὴ, ῆς, ἡ, clientela, *Ph.* refugium.

Προσφυέως, *Ion.* pro προσφυῶς. A

Προσφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, coalescens, adhærens; (2) ingenitus, innatus, adnatus; (3) natura accommodatus, aptus, congruens. Οἰκειώσασθαι προσφυέστατος, *Longin.* 31.

Πρόσφυμα, τὸ, quod extrinsecus adhæsit, adnatum est. A προσφύω.

Πρόσφυμι, προσφῦναι, aor. 2. inf. adhærescere. Partic. προσφὺς, inhærens. Vid. προσφύομαι.

Πρόσφυξ, γος, ὁ καὶ ἡ, qui confugit ad aliquem, cujus patrocinium expetit; cliens, *Ph.* perfuga, transfuga. A προσφεύγω.

Προσφῦσαι, nom. pl. a. 2. part. act. f. g. verbi [illegible]

Προσφῦσα, adhærens, *Il.* 24, 213.

Προσφυσάω, ῶ, adflo, *Gl. V.*

Πρόσφυσις, εως, ἡ, coalitio, adhæsio, junctura. A προσφύω.

Προσφυτεύω, adsero, *Gl. V.* juxta planto.

Προσφύω, fut. ύσω, agnasci facio, et προσφύομαι, agnascor, accresco, adhæreo, adhæresco; προσπέφυκα, perf. act. agnatus sum, adhæreo; προσπεφυκὼς, adhærens, part. Προσπεφυκὼς τῇ σκέψει, *Plato.*

Προσφυῶς, *adv.* apte, concinne, convenienter, congruenter; scite, *Herodot.* 1. A προσφυής.

Προσφωνέω, ῶ, f. ήσω, alloquor, compello, acclamo; (2) voco ad, advoco; (3) dico seu dedico, nuncupo. Καὶ σοὶ προσφωνῶ πρὸς τάδ' Αἴγισθον θανεῖν, *Eur. El.* 692. Ἵν' εἶχον μηδὲ προσφωνεῖν τινα, *Hipp.* 651.

Προσφωνήεις, ήεσσα, εν, vocalis, *Hom.*

Προσφώνημα, ατος, τὸ, allocutio, compellatio, acclamatio. A προσφωνέω.

Προσφωνηματικὸς, ἡ, όν, nuncupativus, dedicatorius. Ab eod.

Προσφώνησις, εως, ἡ, allocutio, compellatio, oratio qua quis compellatur, etiam interrogatio; (2) dedicatio, nuncupatio. Ab eod.

Προσφωνητικὸς, ἡ, όν, allocutione personæ utens. Ab eod.

Προσφωνητικῶς, *adv.* cum allocutione, compellatione.

Προσχαίνω, f. ανῶ, perf. προσκέχηνα, hianti ore excipio, rei alicui immineo, cupide eam inspecto, seu cupio; *item* admiror, obstupesco aliqua re.

Προσχαιρητήρια, festum apud Athenienses, *Harpoc.*

Προσχαλκεύω, ferro alligo seu ferrumino.

Προσχαρίζομαι, f. ίσομαι, gratificor, ad gratiam loquor.

[illegible], prætendo.

Πρόσχειρος, vel πρόσχειρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad manum situs. A χείρ.

Πρόσχεσις, εως, ἡ, obtentus, *Gl. V.*

Προσχέω, adfundo; (2) perfundo, adfundendo rigo. Τὸ αἷμα πίνοντες τοῖς βωμοῖς προσχεόμενον, *Luc.*

Πρόσχημα, ατος, τὸ, prætextus, obtentus, species, *Ph.* (2) dignitas, decus, ornamentum; (3) status rei, et conditio. Καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα Μίλητος, Ioniæ decus et ornamentum, *Herod.* 5, 28. Ἡ δὲ πρόσχημα τῆς Τυῤῥηνίας ἡ πόλις, *Plut. in Cam.* Ἐπὶ τῷ τὸ πρόσχημα τῆς ἀκροτάτης καὶ μεγίστης ἀρχῆς ὑφεῖσθαι καὶ συμπηλακίσθαι δι' αὐτὸν, quod summi imperii maximique majestas in ordinem coacta propter ipsum atque diminuta esset, *Plut. in Fabio.* Vide et *Soph. El.* 682. A προέχω.

Προσχηματισμὸς, οῦ, ὁ, figura grammatica, quæ et *Paragoge* dicitur.

Πρόσχῃς, 2. sing. aor. 2. conj. act. v. προσέχω.

Προσχίζω, proscindo. *Gl. V.* præscindo.

Πρόσχισμα, ατος, τὸ, in adversa parte fissum; (2) genus calceamenti. A præc.

Προσχλευάζω, fut. άσω, insuper rideo et subsanno.

Προσχόντας, acc. plur. aor. 2. part. act. verbi προσέχω.

Πρόσχορδος, ὁ καὶ ἡ, ad chordas conveniens, chordis consonus; (2) consonus. Ex χορδή.

Πρόσχορος, ου, ὁ καὶ ἡ, choro seu choreæ junctus. Epith. saltatoris.

Προσχόω, προσχωννύω, et προσχώννυμι, f. χώσω, adgero, seu terra adgesta munio.

Προσχράομαι, ῶμαι, fut. ήσομαι, insuper utor; (2) utor. Ἡ ψυχὴ ὅταν μὲν τῷ σώματι προσχρῆται, *Plat. Phæd.* 20.

Προσχρῄζω, fut. ήσω, insuper peto vel flagito.

Πρόσχρησις, εως, ἡ, usus, *Longin.* 37. A προσχράομαι.

Προσχρηστέον, insuper petendum.

Προσχρίμπτω, appropinquo, *Orph.*

Προσχρίω, illino, allino.

Προσχρώζω, idem.

Πρόσχυσις, εως, ἡ, adfusio.

Προσχύτης, ου, ὁ, perfusor, *Gl. V.* A

Προσχύω, adfundo.

Πρόσχωμα, ατος, τὸ, agger; (2) terra et limus a fluvio adgestus. A

Προσχώννυμι vide προσχόω.

Προσχωρέω, ῶ, f. ήσω, progredior; (2) accedo ad, vicinus sum; (3) dedo me, deditionem facio, venio in fidem, accedo, accommodo me. Χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει, se accommodare, *Eur. Med.* 222. Καὶ τοῖς τοῖσδε προσχωρεῖν λόγοις, obsequi, *Soph. Phil.* 955. Προσκεχωρήκασι πρὸς τούτους (λόγους), *Dem.*

Πρόσχωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, vicinus, habitans in loco vicino, accola. *Gl. V.* adjacens. Κλύοντι τῶνδε προσχώρων ξένων; *Soph. Œd. Col.* 493.

Πρόσχωσις, εως, ἡ, exaggeratio, *Gl. V.* terræ aggestio. Ἄπορον πολλαχῇ τὴν πρόσχωσιν τοῖς Μακεδόσιν ἐποίησαν, *Arrian. Hist. Alex.* 11, 18. A προσχώννυμι.

Προσψαύω, f. αύσω, attingo, attrecto. Καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις, *Luc.* 11, 46.

Προσψεύδομαι, affingo; (2) ementior.

Προσψηφίζομαι, f. ίσομαι, decretis adjicio, ultra decerno; (2) aliud scisco et decerno. Τὴν ἑτέραν πενταετίαν προσεψηφίσαντο, *Appian.*

Προσψιθυρίζω, fut. ίσω, insusurro, sibilo.

Πρόσω, *adv.* in anteriorem partem; (2) ultra, longe, procul. *Compar.* προσωτέρω. *Superl.* προσωτάτω. Πρόσω μὲν ἤδη βίοτος, provecta quidem jam est ætas, *Eurip. Hipp.* 795. Κόμπων μεταρσίων πρόσω, a fastu sublimi longe distantia, *Eurip. Androm.* A πρὸ, *ante.*

Προσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, olidus, fœtidus, male olens. Ex ὄζω, præt. m. ὦδα.

Προσῴδης, εος, ὁ καὶ ἡ, inflatus. Ex οἰδέω.

Προσῳδία, ας, ἡ, accentus; sonus, apex, *Ph.* Ex πρὸς et ᾠδὴ, *cantus.* Est enim reipsa aliud nihil προσῳδία quam cantiuncula quædam et modulatio quæ adhibetur syllabis dictionum. Hinc

Προσῳδιακὸς, ἡ, όν, ad accentus pertinens; (2) προσῳδίοις serviens, seu aptus, seu usitatus. προσῳδιακὸν μέτρον, modi in προσῳδίοις usitati, *h. e.* pes e duabus longis et una brevi: scribitur προσοδιακὸς, quod melius.

Προσῳδικὸς, ἡ, όν, idem.

Προσῴδιον, ου, τὸ, carmen quod canitur in sacris Apollinis, seu ab iis qui accedunt Apollinem; scribitur et προσόδιον· vid. supra, quod melius.

Προσῳδὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, qui musicis instrumentis accinit; (2) consonus, congruens. Ex πρὸς et ᾠδὴ, cantus.

Πρόσωθεν, adv. e longinquo. Ἀ πρόσω.

Προσωθέω, ῶ, fut. θήσω et ώσω, impello; προσώθησεν, adegit.

Προσωνομασία, ας, ἡ, agnominatio; potius προσονομασία.

Προσωνυμία, ας, ἡ, appellatio, cognomen. Gl. V. cognomentum. Ex πρὸς et ὄνομα.

Προσώπας, per Metapl. pro πρόσωπον, inde προσώπασι, Eust.

Προσωπεῖον, ου, τὸ, larva, persona, vultus fictus; (2) prætextus, species. A πρόσωπον.

Προσωπίδιον, τὸ, Dim. A præc.

Προσωπικὸς, ἡ, ὸν, personalis. Ab eod.

Προσώπιον, ου, τὸ, idem quod προσωπεῖον.

Προσωπὶς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

Προσωποληπτέω, ῶ, f. ήσω, personæ rationem habeo, gratiæ vel odio subscribo, gratiam vel odium sequor. Εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, Jacob. 2, 9. A

Προσωπολήπτης, ου, ὁ, qui personarum habet rationem, gratiam aut odium sequens. Ex πρόσωπον et λαμβάνω.

Προσωποληψία, ας, ἡ, personæ respectus; Ph gratia vel odium. Ex iisd.

Πρόσωπον, ου, τὸ, vultus, facies, os; persona Quod autem in homine πρόσωπον est, in brutis irrationabilibusque προτομὴ dicitur, sicut in avibus ῥύγχος et ῥάμφος, Ph. πρόσωπα, ora, Ph. πτύσας προσώπῳ, vultu dicta respuens, Soph. Ant. 1232. Ex ὤψ.

Προσωποποιέω, ῶ, f. ήσω, personas fictas induco, personas fingo.

Προσωποποιΐα, ας, ἡ, personarum confictio, figura oratoria, Prosopopœia. A

Προσωποποιὸς, οῦ, ὁ, qui personas seu larvas fabricatur. Ex πρόσωπον et ποιέω.

Πρόσωπος, pro πρόσωπον, Eust.

Προσωποῦττα, Att. pro προσωπόεσσα, quasi personata, vas habens figuram animalis, in ostio vel ore, Poll.

Προσωρεύω, in acervum congero.

Προσωρμίσθησαν, 3. pl. aor. 1. ind. pass. verbi προσορμίζομαι, in portum appello.

Προσώτατα, adv. longissime.

Προσώτατος, η, ον, qui longissime ante est, longissime provectus, seu progressus:

Προσωτάτω, adv. idem. Λήγει δ' ἔρις δραμοῦσα τοῦ προσωτάτου, ad summum progressa, Soph. Aj. 742. A

Προσώτερος, έρα, ερον, qui longius ante est, longius provectus, seu progressus. A πρόσω.

Προσωτέρω, adv. longius ante, ulterius.

Προσωφελέω, ῶ, fut. ήσω, insuper commodo; (2) adjuvo, auxilium adfero. Καὶ τοῖς δέ γ' οἴκοις ἐνδίκως προσωφελεῖν, Eur. Alc. 42. κακοὺς, Id. Herac. 519. Hinc

Προσωφέλημα, ατος, τὸ, subsidium, auxilium, utilitas. Ἀλλ' εἴτι βούλει παισὶν, ἢ σαυτῇ, φυγῆς προσωφέλημα, Eurip. Med. 610.

Προσωφέλησις, εως, ἡ, idem, res utilis.

Προσώχθισαν, 3. pl. aor. 1. ind. act. verbi προσοχθίζω.

Προταινὶ, adv. nuper, proxime, nuperrime, novissime; (2) ante. A πρὸ, ante.

Προταίνιον, adv. paullo ante. A præc.

Προταίνιος, α, ον, nuperus, novissimus.

Προτακτέον, anteponendus, præponendus. Τὴν εὐγνωμοσύνην ἀεὶ προτακτέον τοῦ λόγου, Æschin. A προτάσσω. Unde

Προτακτικὸς, ἡ, ὸν, præpositivus.

Πρόтακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, in fronte collocatus, antesignanus, in prima acie pugnans; (2) præfinitus.

Προταλαιπωρέω, vel οῦμαι, ante labores, ærumnas sustineo, suscipio.

Προταμιεύω, fut. εύσω. προτεταμιευμένα, condita et reposita dudum.

Προτάμνω, proscindo; idem quod προτέμνω.

Προταμοίμην, aor. 2. opt. med. verbi προτέμνω.

Πρόταξις, εως, ἡ, propositio; (2) prima acies; (3) aperta pugna. A προτάσσω.

Προταράσσω, ante turbo, perturbo.

Προταρβέω, ῶ, fut. ήσω, primus metuo, timore ante corripior. Μή μου προτάρβει, τὸν σὸν ἐξόρθου βίον, Soph. Antig. 83.

Προταριχεύω, fut. εύσω, prius sale condio, sale præmacero, præmacero; (2) ante exsicco et arefacio.

Πρότασις, εως, ἡ, propositio apud logicos, ut homo currit. Aristoteles in Topicis tradit πρότασιν esse quæstionem, quæ in unam duntaxat partem effertur; ut, suntne divitiæ bonæ? (2) initium dramatis; (3) prior pars periodi. A προτείνω.

Προτάσσω, vel προτάττω, fut. ξω, præstituo; (2) ante colloco, præpono; præficio, Gl. V. (3) antepono, præfero, Ern. προέταξε, præfecit, Ph. aor. 1. προτεταγμένος, præfectus, Ph. perf. pass. part. προτετάχθαι, præfici, Ph. inf. Ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, Matt. 1, 24. Ὁρίσας προτεταγμένους καιροὺς, Act. 17, 26.

Προτατικὸς, ἡ, ὸν, ad πρότασιν in fabulis pertinens, propositione constans, propositionis formam habens. A προτείνω.

Προτατικῶς, adv. in modum propositionis.

Προτέγισμα, τὸ, quod tecto superjectum est ad arcendum imbrem. A τέγος, Ern.

Προτεθεὶς, aor. 1. part. pass. verbi προτίθημι.

Προτείνω, protendo; (2) porrigo; (3) offero, polliceor; (4) in med. eadem fere, et prætendo, obtendo; (5) adstringo, funibus tendo. Pass. προτεταμένος, pronus, promptus, Ph. Ἀλλὰ δεξιὰν πρότεινε χεῖρα, καὶ κράτει τῶν σῶν ὅπλων, Soph. Phil. 1280. σκῆψιν ὡς ὑπὲρ τέκνου, Eur. El. 1081.

Προτειχίζω, f. ίσω, muro, præmunio, propugnaculo tueor. Hinc

Προτείχισμα, ατος, τὸ, murus, quo quid præmunitur; (2) propugnaculum.

Προτέλεια, ων, τὰ, dona ante nuptias dari sponsalia solita; (2) sponsalia; (3) victimæ mactari solitæ ante nuptias. (3) προτέλεια δ' ἤδη παιδὸς ἔσφαξας θεᾷ; Eurip. Iphig. in Aul. 718. Æschyl. Agam. 65. et Pers. 235.

Προτέλειον, ου, τὸ, qu. dic. tirocinium; (2) omne primordium rei sacræ faciendæ. A

Προτέλειος, ου, ὁ καὶ ἡ, ante perfectus; (2) præcidaneus; (3) qui fit ante nuptias. vid. Ern. Ex πρὸ et τέλος.

Προτελευτάω, ante, prius finio vitam.

Προτελέω, ῶ, f. έσω, ad initiationem præparo, vel ante rem sacram expio; (2) præparo, edoceo, erudio ad aliquid; (3) pecuniam repræsento et ante diem solvo.

Προτελὴς, ές· vide προτέλειος, 2, 3.

Προτελίζω, fut. ίσω, idem quod προτελέω· vel simpliciter, initio. Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεανίδα, Eurip. Iphig. in Aul. 433.

Προτεμένισμα, ατος, τὸ, vestibulum templi et quidquid est ante fanum. Τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα, Synes. Epist. 121. Κἀγὼ τἀνθρώπιον οἶδα τῶν συνεδρευόντων ἐν τῷ προτεμενίσματι τοῦ βουλευτηρίου λαλίστερον, Id. Epist. 127.

Προτέμνω, proscindo vel præscindo, ut sulco agrum reseco.

Προτενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, prætensus, protensus, protentus. A προτείνω.

Προτενθεύω, fut. εύσω, prægusto, seu ante alios manus patinæ infero; (2) gulosus sum, catillo, cupediis inhio. Διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ, Aristoph. Nub. 1202. A

Προτένθης, ου, ὁ, qui prior comedit, prægustator; (2) catillo et gulosus, Aristoph. Nub. 1200. Ex πρὸ et τένθω, comedo.

Προτεραῖος, αία, αῖον, prior, præcedens; τῇ προτεραίᾳ, pridie, Gl. V. A πρότερος.

Προτεραίτερος, prior, Aristoph. A præc.

Προτερεύω, fut. εύσω, prior sum, loco, tempore, dignitate, priores partes obtineo, supero. A

Προτερέω, ῶ, f. ήσω, idem. Προτερεῖ εἰς τὴν φθορὰν, Theophr. Hinc

Προτέρημα, ατος, τὸ, priores partes; (2) major seu potior rei alicujus gerendæ commoditas; (3) privilegium, prærogativa; (4) res bene gestæ, victoria; (4) ἀσμενίζων ἐπὶ τῷ γεγονότι προτερήματι, Polyb. 5, 87.

Προτερηγενὴς, ὲς, prius natus, antiquior. A γίνομαι.

Προτέρησις, εως, major, seu potior rei alicujus gerendæ commoditas. Εἰ δὲ πλείονα τῇ μελλήσει τὴν προτέρησιν αὐτοῖς παρασχοῖμεν, quod si cunctatione majorem illis facultatem (ad effugiendum) præbuerimus, Heliod. 4.

Προτερικὸς, ἡ, ὸν, prior. A πρότερος.

Προτέροισι, dat. pl. Ion. pro προτέροις.

Πρότερον, adv. prius, antea; (2) superiori tempore. Ab eod.

Πρότερος, έρα, ερον, prior, superior, Ph.

Προτέρω, adv. longius, ulterius.

Προτέρως, et προτέρωσε, idem.

Προτετύχθαι, inf. pass. perf. verbi προτυγχάνω. Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, Il. 18, 112.

Προτεύχομαι, seu προτύχομαι, ante fio, prior sum.

Προτεχνολογέω, ῶ, f. ήσω, prius de arte dissero; (2) prius artificiose dissero, tradove.

Προτήθη, ης, ἡ, proavia, avi seu aviæ mater.

Πρότηξις, εως, ἡ, tabes.

Προτὶ, præp. a, ab, Dor. pro πρός.

Προτιάπτω, Dor. pro προσιάπτω, Il. 24, 110.

Προτιβάλλεαι, coerces, 2. sing. præs. ind. med. Dor. et Ion. pro προσβάλλεσαι. A

Προτιβάλλομαι, Dor. pro προσβάλλομαι.

Προτιδέγμενοι, nom. pl. perf. part. pass. Dor. et Æol. pro προσδεδεγμένοι, a προσδέχομαι.

Προτιείδειν, adspicere, præs. inf. act. Dor. pro προσείδειν, a προσείδω.

Προτιειλέω, Dor. pro προσειλέω, Il. 10, 347.

Προτιειπεῖν, Dor. pro προσειπεῖν, Il. 22, 329.

Προτίθημι, propono, vel oratione, vel in publico; unde (2) edico; (3) ante pono; (4) objicio, sc. devorandum, appono edendum; (5) suadeo; (6) prodo, indico; (7) in med. (1) statuo, constituo mecum; (2) constituo decreto vel edicto; (3) cibum, convivium appono; (4) spectandum propono, imp. mortuum; (5) prætextu utor. προτίθεμαι, destino; προὔθετο, destinavit, Ph. Ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων, Eur. Supp. 429. Τὰς τιμὰς ἑκάστῳ προτιθέναι, Xen. Cyr. 2, 14.

Προτίκτω, ante pario.

Προτίλλω, prævello, Gl. V.

Προτιμάσσω, attingo, Dor. pro προσμάσσω.

Προτιμάω, ῶ, fut. ήσω, pluris facio, majoris æstimo, præfero, antepono, malo; (2) rationem habeo, curo. Οὐδὲν προτιμῶ σου, Aristoph. Plut. 883. Τὸ γὰρ τῆς δ' οὐ προτιμήσω κακὸν, Eur. Hipp. 48. Πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτο τίς, πόσιν προτιμῶσ', ἢ θέλουσ' ὑπερθανεῖν; Id. Alc. 152. Hinc

Προτίμησις, εως, ἡ, ipsa actio pluris æstimandi et præferendi; prærogativa, Gl. V.

Προτιμητέος, præferendus, Ph.

Προτιμητικὸς, ἡ, ὸν, honoratus, honorandus.

Πρότιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, pluris æstimandus, præferendus, præponendus. Ex πρὸ et τιμή.

Προτιμυθέομαι, Dor. pro προσμυθέομαι, Odyss. 11, 42.

Προτιμωρέω, prior punio, prior ulciscor; (2) prior auxilium fero; (3) prompte subvenio.

Προτιόσσομαι, adspicio, præsagio, auguror. Μηδέ τιν' ἀνθρώπων προτιόσσεο, Od. 7, 31. Οἱ κραδίη προτιόσσετ' ὄλεθρον, Ib. 5, 389. Μητέρα δ' οὐκ ἄλλην προτιόσσομαι, Apoll. Rhod. 4, 1372.

Προτίω, honoro, honore dignor. Τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει, Soph. Antig. 22.

Πρότμησις, εως, ἡ, ipsa præscindendi actio; (2) quod præscinditur; (3) umbilicus. Ex πρὸ et τέμνω.

Προτολμάω, ῶ, f. ήσω, prior audeo, prius patro, prior audaciæ exemplum do.

Προτολμίζομαι, prætentare, audendi exemplum dare, al. præire, Suid.

Προτομὴ, ῆς, ἡ, proprie effigies animalis, ut canis, &c. (2) species, persona, imago; (3) effigies solida exhibens hominem ad umbilicum usque. A προτέμνω.

Προτονίζω, fut. ίσω, rudentes laxos intendo.

Προτόνιον, τὸ, vestis sacerdotalis, *Suid.*

Πρότονος, ου, ὁ, sc. κάλως, funis a malo summo ad proram tensus, malumque firmans, *Gl. V.* rudens; πρότονοι, rudentes, *Gl. V.* A προτείνω.

Προτοῦ, prius, antea, antehac; pro πρὸ τούτου, *Ph.*

Προτραγῳδέω· part. aor. 1. προτραγῳδήσας, qui jam ante tragœdias egit in re aliqua.

Προτρέπομαι, hortor, adhortor, exhortor, invito, *Ph.* προὐτρέψατο, hortatus est, a. 1. med. pro προετρέψατο. Προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς, *Act.* 18, 27. (convertor ad aliquid, dedo me alicui, fugio, *Ern.*) Καί σοί γ' ἐπισκήπτω τε, καὶ προτρέψομαι, *Soph. Œd. Tyr.* 1446.

Προὐτρέποντο, 3. pl. imp. ind. pass. *Ion.* pro προετρέποντο, a προτρέπω. Unde

Προτρεπτικὸς, ή, όν, exhortatorius.

Προτρεπτικῶς, *adv.* exhortando, incitando.

Προτρέπω, f. ψω, *Gl. V.* usitatius προτρέπομαι.

Προτρέχω, præcurro, curro ante, anteverto. Πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας, *Isocr.*

Προτρίτα, *adv.* triduo ante, seu tertio ante die. Ex πρὸ et τρίτος.

Προτροπάδην, *adv.* cursu vel impetu concitato, summa cum celeritate, fugiendo. Προτροπάδην φοβέοντο, *Il.* 16, 304. *versis ubique tergis fugabantur.* A προτρέπω.

Προτροπάω, ῶ, idem quod προτρέπω.

Προτροπὴ, ῆς, ἡ, exhortatio, incitatio, impulsus monitis mixtus, hortatus; invitatio, *Ph.* A προτρέπω. Unde

Πρότροπος οἶνος, vinum quod sua sponte defluit, antequam uvæ calcentur.

Προτρυγαῖος, ὁ, idem quod

Προτρύγης, ου, ὁ, Bacchi cognomentum, qui vindemiæ præest. Ex τρύγη.

Προτρυγητὴρ, ῆρος, sive προτρυγητὴς, οῦ, ὁ, q. d provindemiator; stella lucida quæ est ad dextram alam Virginis. Τῆς (παρθένου) ὑπὲρ ἀμφοτέρων ὤμων εἰλίσσεται ἀστὴρ δεξιτερῇ πτέρυγι· προτρυγητὴρ δ' αὖτε καλεῖται, *Arat.* 137. Ex πρὸ et τρυγάω.

Προτρώγω, ante comedo.

Προτυγχάνω, prior sum, ante sum.

Πρότυπον, ου, τὸ, futuri operis præcedens typus et forma. Ex πρὸ et τύπος.

Πρότυπος, ου, ὁ, idem et ex iisd.

Προτυπόω, ῶ, f. ώσω, præformo; (2) præinformo, *impr.* rem futuram, ut imaginatio, v. c. per somnium facit; (3) conformo, sequente εἰς vel πρός. Hinc

Προτύπωμα, ατος, τὸ, exemplar, exemplum quod sequimur vel sequi debemus.

Προτύπτω, f. ψω, ante verbero, prior verbero seu cædo; (2) prorumpo, erumpo; (3) irrito; (4) appello; aor. 1. προέτυψα, προὔτυψα. (4) ἔνθ' Ἀργὼ προὔτυψεν, *Apoll. Rhod.* 1, 958.

Προὔβαλε, *projecit*, 3. sing. aor. 2. ind. act. *Att.* pro προέβαλε, a προβάλλω.

Προὔβη, *progressus est*, 3. sing. aor. 2. ind. act. *Att.* pro προέβη, a προβαίνω.

Προϋγραίνω, præhumecto, humectatione ad aliquid præparo.

Προὔγραφε, 3. sing. imperf. ind. act. *Att.* pro προέγραφε, a προγράφω, *ante scribo.*

Προὐδιδάξατο, 3. sing. aor. 1. ind. med. *Att.* pro προεδιδάξατο, a προδιδάσκω, *ante s. prior doceo.*

Προὔδωκα, *prodidi*, aor. 1. ind. act. *Att.* pro προέδωκα, a προδίδωμι.

Προὔθετο, *proposuit*, 3. sing. aor. 2. ind. med. *Att.* pro προέθετο, a προτίθημι.

Προὔθηκε, *propositus erat*, 3. sing. aor. 1. ind. act. *Att.* pro προέθηκε.

Προὔκειτο, 3 sing. imperf. ind. med. *Att.* pro προέκειτο, a πρόκειμαι.

Προὐκινδύνευε, 3. sing. imperf. ind. act. *Att.* pro προεκινδύνευε, a προκινδυνεύω.

Προυνικία, et Πρωνικία, ἡ, præludium amatorium, *Hesychius.*

Προύνικος, η, ον, qui fit ante pugnam. Προύνικα φιλήματα, basia quæ dantur ante rem perfectam, præludia amatoria, *Strat. Analecta Brunckii*, 2, 371.

ΠΡΟΥΝΗ, ης, ἡ, prunus, arbor.

Προὐξένησε, 3. sing. aor. 1. ind. act. *Att.* pro προεξένησε, a προξενέω.

Προὐξερευνάω· vide προεξερευνάω.

Προὐξερευνητὴς, οῦ, ὁ, explorator præmissus, *Eur. Rhes.* 296.

Προϋπάγω, et ομαι, ante induco ad aliquid, pellicio, in *Act.* ante decedo, subduco me. Ἐπαμινώνδας βουληθεὶς τοὺς Ἀχαιοὺς προϋπαγαγέσθαι, *Xenoph. Hellen.* 7, 1.

Προϋπαντάω, obvius fio, prior occurro.

Προϋπαντιάζω, idem.

Προΰπαρξις, εως, ἡ, præexistentia.

Προϋπαρχὴ, ῆς, ἡ, priora beneficia; beneficentia qua quis alterum prævenit. A

Προϋπάρχω, fut. ξω, prævenio, præverto; (2) sum ante, tempore præcedo; (3) prior incipio, initium facio, provoco, lacesso, v. gr. beneficiis, προϋπηργμένα, beneficia prius collata, perf. pass. part. Ἐτεοκλῆς προὔπηρξ' ἀπ' ὀρθῆς σταθεὶς πύργου, *Eur. Ph.* 1229. Προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτοὺς, *Luc.* 23, 12.

Προϋπεκλύω, dissolvo, consumo ante tempus. Τὴν ῥύμην τῶν ἱππέων τῶν μεταξὺ προϋπεκλύων, impetum equitum ante conflictum dissolvens, *Heliodor.* 9.

Προὔπεμψα, aor. 1. ind. act. *Att.* pro προέπεμψα, a προπέμπω, *ante mitto.*

Προϋπεξέρχομαι, ante exeo, egredior.

Προϋπεξορμάω, ῶ, fut. ήσω, ante erumpo.

Προϋπεργάζομαι, prius efficio. Hinc

Προϋπεργασία, ας, ἡ, præmunitio, præparatio, causæ instructio, *apud Rhet.*

Προὐπῆν, 3. sing. imperf. verbi προέπειμι. Καὶ γάρ τι καὶ ζῆλος προὐπῆν ἐς αὐτὸν ἤδη καὶ φθόνου, *Appian. Syr.* 9.

Προϋπῆρκται, 3. sing. perf. indic. pass. verbi προϋπάρχω, *prævenio.*

Προϋπισχνοῦμαι, ante promitto; προϋπέσχετο, a. 2. ante promisit. Σωτηρίαν προϋπισχνοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς, *Xen.*

Προϋποβάλλω, et προϋποβάλλομαι, qu. dic. præsubjicio, præstruo. Εἰ δὲ ἡ φύσις προϋποβάλλεται τὰς δυνάμεις, *Themist.*

Προϋπογράφω, tacite factis indico, significo.

Προϋποδείκνυμι, ante demonstro, seu explicando ostendo.

Προϋπόκειμαι, qu. dic. prius subjaceo, prius subjectus sum; (2) prius in naturam rerum editus sum; προϋπόκειται, præsupponitur. Προϋποκεῖσθαι σώματι, *Philo.*

Προϋπολαμβάνω, prius existimo, prius animo concipio et præsumo.

Προϋπομιμνήσκω, antemoneo.

Προϋπομνηματίζομαι· προϋπομνηματισάμενοι, qui ante commentarios scripsere.

Προϋποπτεύω, ante suspicor.

Προϋπόστασις, εως, ἡ, præexistentia.

Προϋποστρώννυμι, prius substerno, *Steph.*

Προϋποτέμνω, præcido. Εἰ προλήψει τοῦ ὅρκου τὸ πιστὸν τοῦ τρόπου προϋποτέμνεται, *Heliodor.* 4.

Προϋποτίθημι, præsuppono.

Προϋποτοπέω, ante suspectum habeo.

Προϋποτυπόω, ante delineo seu describo.

Προὔπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, ante oculos positus; (2) manifestus, *Ph.* προὔπτον, perspicuum, ἐκ τοῦ προὔπτου, palam. Τίς ἄν σ' ὁρμώμενον εἰς προὔπτον Ἅιδην κατασχεῖν; *Soph. Œd. Col.* 1440. Προὔπτον εἰς Ἀΐδαν στείχω κατὰ γᾶς, *Eurip. Hippol.* 1366. Ex πρὸ et ὄπτομαι.

Προὐργιαίτερα, potiora, utiliora. A προὐργιαίτερος.

Προὔργου, operæ pretium. Ex πρὸ et ἔργον.

Προὔστημεν, pro προέστημεν, 1. plur. aor. 2. verbi [illegible]

Προὐτίθει, 3. sing. imperf. ind. act. *Att.* pro προετίθει, a προτιθέω, *propono.*

Προὐτρέπετο, 3. sing. imperf. ind. med. *Att.* pro προετρέπετο, a προτρέπω, *impello.*

Προὔτυψα, aor. 1. ind. act. *Att.* pro προέτυψα, a προτύπτω.

Προϋφαιρέω, ante subtraho seu aufero.

Προὔφάνη, *prædixit*, 3. sing. a. 2. verbi προφαίνεσθαι, *Soph. Œd. Tyr.* 790.

Προϋφαρπάζω, ante surripio.

Προὔφειλες, 2. sing. imperf. ind. act. *Att.* pro προώφειλες, a προοφείλω.

Προϋφίσταμαι, præexisto; προϋφεστηκὼς, præexistens, perf. part. A προϋφίστημι.

Προὔφυ, 3. sing. aor. 2. verbi προφύομαι, *genero, gigno.* Σοῦ πατρὸς μὲν ὃς προὔφυ πατὴρ, *Soph. Aj.* 1291.

Προὔχειν, præs. infin. act. *Att.* pro προέχειν, a προέχω, antecello; præcedo; emineo.

Προφαγεῖν, ante alia edere, in cibo præsumere.

Προφαίνω, præluceo, lumen præfero, præmonstro, seu præmonstro speciem futuri, et quasi polliceor, portendo aliquid, ac significo prodigio; προὔφαινε, præmonstrabat, imperf. προὐφαίνετο, apparebat; imperf. pass. Σφετέραν ῥίζαν πρόφανε, *Pind.* Ἄλλα προὔφηνε τοῖς ταξιάρχαις, *Xen.* Ἤδη αὐτοῖς ἐκ τῶν πυλῶν προὐφαίνετο ὁ Κῦρος, *Ib.*

Προφανῇ, 3. sing. aor. 2. conj. pass. verbi προφαίνω, *præmonstro.*

Προφανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, conspicuus, manifestus, apertus. A προφαίνω.

Προφάνεια, ας, ἡ, perspicuitas. A προφανής.

Προφάντις, ιδος, ἡ, interpres sacrorum. Προφῆτις, sacerdos.

Πρόφαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, præmonstratus, ante significatus, prædictus; τὸ πρόφαντον, oraculum, vaticinium; (2) evidens, conspicuus. Ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι, *Soph. Trach.* 1159. A προφαίνω.

Προφανῶς, *adv.* conspicue, aperte.

Προφασίζομαι, fut. ίσομαι, fingo causas, causificor, tergiversor causando et prætexendo aliquid, prætexo, prætendo, causæ loco adfero, excuso. *Gl. V.* causor; προφασίζεται, prætendit, *Ph.* προὐφασίσαντο, prætenderunt, 3. pl. aor. 1. med. Οὐδὲ τὸν αὐλητὴν προφασίζομαι, *Theog.* 985. A

Πρόφασις, εως, ἡ, prætextus; (2) excusatio, *Ph.* (3) dilatio, occasio, materia, *Ph.* causa quæcunque etiam vera et arcana. Εὐνῆς πρόφασιν, *Il.* 19, 262. *Ibid.* 302. Πάσας προφάσεις προφασίζεσθε, *Plut.* A πρόφημι. Hinc

Προφασιστικὸς, ή, όν, ad excusandum, ad prætexendum excogitatus, dictus, &c. (usitatius προφασιαστικός, *Ern.*)

Προφείδομαι, abstineo, servo, tempero. Τὴν πόλιν ἀναξίως προφεισαμένην ἑαυτῆς, *Isocr.* 2, 10. A προφείδομαι.

Προφερέστερος, præstantior, *Gl. V.* item prior motu, incessu, et pronior. A

Προφερὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui est provecta ætate; (2) præstans; superl. προφερέστατος, προφέρτατος, *Soph. Œd. Col.* 1531.

Προφέρῃσιν, 3. sing. præs conj. act. *Ion.* cum ν, a

Προφέρω, profero, promo, depromo, in medium adfero, exhibeo, propono; (2) objicio, exprobro; (3) enuncio, loquor; (4) præsto, antecello, anteeo, ulterius fero seu porto, promoveo; προενέγκατε, proferte, *Gl. V.* a. 1. imperat. προενεχθεὶς, prolatus, antelatus, *Gl. V.* a. 1. part. pass. προενηνεγμένος, prolatus, *Gl. V.* perf. part. (1) προφέρονται ἔριδα, conflictum adferunt, *Il.* 8, 7. Προφέρησιν μάστακα, escam adfert, *Iliad* 9, 323. Ἔριδα προφέρουσαι, certamen preferentes, *id est*, certatim, certantes inter se studio et labori, *Odyss.* 6, 92. (2) μή μοι . . . . πρόφερε, ne mihi exprobra, *Il.* 3, 64. προφέρουσα, abripiens, *Iliad.* 6, 344. Προφέρων πολλὸν ἀπὸ, remanens procul, *Iliad.* 16, 669. (4) καὶ φημὶ προφέρειν εἰς εὐτυχίαν τῶν γειναμένων, *Eurip. Med.* 1092. Ὅσσον παρθενικὴ προφέρει τριγάμοιο γυναικὸς, præstat, *Theoc.* 12, 5. Ἐν πάντα δὲ νόμον εὐθύγλωσσος ἀνὴρ προφέρει, *Pind.* Προφέρει ὠδῖνες ὑμῶν ῥώμῃ, *Thuc.* σὺ ἐς εὐτυχίαν, *Eur.*

Προφεύγω, effugio; προφυγὼν, a. 2. part. elapsus, *Il.* 14, 81.

Πρόφημι, prædico. Ex πρὸ et φημὶ, *dico.*

Προφημίζω, ante dissipo famam.

Προφητάζω, idem quod προφητεύω, *Man.*

Προφητάναξ, ακος, ὁ, rex propheta; Davidis epith. A προφήτης et ἄναξ.

Προφητεία, ας, ἡ, prædictio futurorum, vaticinatio aut vaticinium; (2) munus prophetæ. A προφητεύω.

Πϱοφητεῖον, ου, τὸ, templum in honorem alicujus prophetæ erectum. Ab eod.

Πϱοφητεύω, f. εύσω, futura prædico, vaticinor; (2) fanorum antistes sum oraculorumque interpres, divinitus afflatus sum, vocem divinam audio; (2) *in N. T.* interpretor vaticinia, et alia Sc. S. dicta. Οὐκ ἔστιν ὅστις σοὶ προφητεύσει τάδε, *Eur. Ion.* 370. A

Πϱοφήτης, ου, ὁ, propheta; προφῆται, antistites, vates, *Ph.* (2) *in N. T.* etiam de Poeta; (3) doctor divinitus missus et afflatus. A πρόφημι. Hinc

Πϱοφητικὸς, ή, όν, propheticus, ad prophetas pertinens, a prophetis ortus.

Πϱοφητικῶς, *adv.* more vatum.

Πϱοφῆτις, ιδος, ἡ, quæ futura prædicit; (2) sacerdos.

Πϱοφητοκτόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, prophetæ vel prophetarum interfector. A προφήτης et κτείνω.

Πϱοφητόφθεγκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, a propheta dictus vel pronunciatus; (2) propheta dignus. Ex προφήτης et φθέγγομαι.

Πϱοφητοφόντης, ου, ὁ, prophetarum interfector.

Πϱοφήτωρ, ορος, ὁ, idem quod προφήτης, *Man.*

Πϱοφθαδὴν, *adv.* præveniendo, antevertendo. A

Πϱοφθάνω, f. άσω, idem quod *simpl.* φθάνω, *Ph.* προέφθασεν, prævení, *Gl. V.* aor. 1. imperat. Προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, *Matt.* 17, 25. Hinc

Πϱοφθασία, ἡ, occupatio.

Πϱοφθέγγομαι, anteloquor, *Gl. V.* Hinc

Πϱόφθεγξις, εως, ἡ, anteloquium.

Πϱοφθίμενος, ου, ὁ, præmortuus seu antemortuus. Ex πρὸ et φθίομαι, pereo.

Πϱοφοβέω, ῶ, fut. ήσω, ante terreo, absterreo. Hinc

Πϱοφοβητικὸς, ή, όν, absterrendi vim habens.

Πϱοφοινάζω, f. άσω, ante purifico. Ὄφρα προφοινάζωσι δέμας ζαθέοισι καθαρμοῖς, *Nonn. P.* 11, 55. Vide φοινάζω.

Πϱοφορὰ, ᾶς, ἡ, prolatio, pronunciatio; (2) vox, verbum; (3) exprobratio, *ap. Polyb.* A προφέρω.

Πϱοφορέομαι, οῦμαι, tramam filumque duco atque reduco; (2) ultro citroque cursito. Ἀπολόμεθ' ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορουμένω, *Aristoph. Av.* 4. A προφέρω.

Πϱοφορικὸς, ή, όν, qui ore profertur, enunciativus. *Gl. V.* eloquens, facundus. A

Πϱόφορος, ου, ὁ, humor inter membranas quibus fœtus continetur. A προφέρω.

Πϱοφόωσδε, in lucem. A πρὸ, φῶς, et δέ.

Πϱόφραγμα, ατος, τὸ, septum alicui loco prætentum; (2) propugnaculum, tutamen; (3) proscenium. A προφράσσω.

Πϱοφράζω, fut άσω, prædico, prænuncio. Τὰ δὲ προπεφρασμένα πολλὰ Ἀλλ' ἔτεσαν παῖδες μεγαλήτορος, *Hesiod. Oper.* 653.

Πϱόφρασσα, ης, ἡ, propensa, benevola, lubens, deliberato consilio agens, *Od.* 10, 386. et 5, 161. A πρόφρων.

Πϱοφράσσω, vel προφράττω, fut. ξω, ante sepio vel munio, i. e. ante aliquem locum, vel prior altero.

Πϱοφρονέως, *adv.* Poet. pro

Πϱοφρόνως, *adv.* prompto seu propenso animo, benevole, lubenter. A

Πϱόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, prudens; (2) propensus, benevolus, promptus. A φρήν.

Πϱοφύγοι, 3. sing. aor. 2. conj. act. v. προφεύγω.

Πϱοφυλακὴ, ῆς, ἡ, excubiæ, vigiliæ, statio, munitio ad arcendum, propugnaculorum observatio; (2) præcautio, cautio; (3) amuletum. A προφύλαξ.

Πϱοφυλακὶς ναῦς, navis quæ ante exercitum excubat, aut ante alias naves; (2) navis præsidiaria. Ab eod.

Πϱοφυλακτικὸς, ή, όν, ad præcautionem aptus, qui adhibetur ad præcavendum. A προφυλάσσω.

Πϱοφύλαξ, ακος, ὁ, qui ante excubat, excubitor, speculator, præsidiarius.

Πϱοφύλαξις, εως, ἡ, cautio, providentia. A

Πϱοφυλάσσομαι, præcaveo, *Gl. V.* A seq.

Πϱοφυλάσσω, vel άττω, f. ξω, qu. dic. ante excubo, pro statione excubias ago. Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', *Epigr. de Adulatore.* Εἰ μὴ ἐγὼ προφυλάττοιμι ὑμᾶς, *Xen.*

Πϱοφύραμα, ατος, τὸ, massa farinacea, quæ in mactra subigitur ut inde panes fiant. A

Πϱοφυράω, ῶ, ante misceo, præparo ante. Καὶ προπεφύραται λόγος εἴς μοι, *Aristoph. Av.* 468.

Πϱοφύρητος, ον, ante subactus, et quidem recte, satis.

Πϱοφύσια, ων, τὰ, præmunimina quibus follium fistulæ in metallis teguntur. Ex φυσάω.

Πϱόφυσις, εως, ἡ, germinatio, germen. A προφύω

Πϱοφυτεύω, fut. εύσω, prius planto vel sero.

Πϱοφύω, fut. ύσω, ante genero seu gigno.

Πϱοφώγνυμι, ante torreo, *Steph.*

Πϱοφωνέω, ῶ, fut. ήσω, prius vocem edo, præloquor; (2) prædico, præmoneo, denuncio. Φεύγειν προφωνῶ πᾶσι, *Eur. Hipp.* 959. Nonnulli vero legunt προσφωνῶ.

Πϱοφωτίζω, f. ίσω, prius illumino, prius patefacio; (2) prius baptizo.

Πϱοχάζομαι, procedo.

Πϱοχαίνω, hiante ore (cupidissime) in aliquid feror.

Πϱοχαίρω, gaudium præcipio, frustra gaudeo.

Πϱοχαλάομαι, promineo. Ἰδὼ προκεχάλασαι ἡ γλῶττα, prominet lingua, *Joseph. Maccab.* 10.

Πϱοχαλάω, ῶ, fut. άσω, relaxo, *Aret.*

Πϱοχανὴ, ῆς, ἡ, prætextus. Προχανὴ δ' εὐρίσκετο πᾶσα, *Call. in Cer.* 73. idem quod πρόφασις, *Eust.* Ex χαίνω.

Πϱοχάραγμα, ατος, τὸ, futuræ rei repræsentatio, imago, ac prævia descriptio; (2) exemplum imitationi propositum. A

Πϱοχαράσσω, vel άττω, fut. ξω, prima lineamenta duco, primam sculpturam facio ante polituram, præformo; (2) ante delineo, adumbro.

Πϱοχαρίζομαι, f. ίσομαι, ante vel prius gratificor, ante condono.

Πϱοχάρισμα, idem quod χάρισμα, Sibyl.

Πϱοχαριστήρια, τὰ, dies festus apud Athenienses, quo magistratus, finita jam hyeme, et fructibus germinare incipientibus, Minervæ sacra facere omnes solebant.

Πϱοχειλίδιον, τὸ, prominens labii pars. A

Πϱόχειλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui prominentibus est labiis; labrosus, *Gl. V.* A χεῖλος.

Πϱόχειλον, τὸ, prominens labiorum pars, *Poll.*

Πϱοχειμάζω, prior hyberno, vel in hyberna concedo, vel ante statum tempus sum tempestuosus.

Πϱοχείμασις, ἡ, tempestas ante statutum diem.

Πϱοχειρίζω, *ap. Dion. H.* si lectio sana, (*Ern.*) idem quod

Πϱοχειρίζω, f. ίσω, omnibus notum facio; (2) deligo, sumo ad aliquid faciendum, destino; (3) instituo, paro, inchoo; (4) promo, depromo; προχειρίζομαι, profero, promo, *Gl V.* pass. deligor. Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε, *Act.* 22, 14. Δυναμίν τινα φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, *Dem.* A

Πϱόχειρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui est in promptu, inventu facilis, expeditus, *Ph.* πρόχειρον, promptum, ad manum. Ex πρὸ et χείρ.

Πϱοχειροτονέω, ῶ, f. ήσω, ante seu prius creo; (2) præ aliis et ante tempus aliquid designo. Γινομένης ἐκκλησίας προεχειροτόνησεν δῆμος, *Dem.* Μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, *Act.* 10, 41.

Πϱοχειροτέρως, *adv.* promptius.

Πϱοχείρως, *adv.* prompte; (2) temere.

Πϱοχειρουργέω, ante manibus operor.

Πϱοχέοντι, 3. plur. præs. ind. act. *Dor.* pro προχέουσι, a προχέω, *profundo.*

Πϱόχευμα, ατος, τὸ, profusio, profusum. A

Πϱοχέω, f. εύσω, profundo, effundo. Προχέει λίγειαν ὀμφὰν, *Anacr. Il.* 2, 465.

Πϱόχθες, ante hesternum diem, nudiustertius, *Steph.*

Πϱόχνυ, *adv.* in genua, geniculatim; (2) funditus, radicitus; (3) omnino, prorsus. Στύπος ἀμπέλου πρόχνυ γηράνδρυον, truncus vitis penitus annosus, *Apoll. Rhod.* 1, 1113. Ex πρὸ et γόνυ.

Πϱοχὸη, ης, ἡ, gutturnium. A προχέω.

Πϱοχοὴ, ῆς, ἡ, fluxus aquæ; unde (2) diluvium, inundatio; (3) gurges; (4) ostium, quo fluvius in mare effunditur. *Il.* 17, 263. *Od.* 5, 453. Ab eod.

Πϱοχοΐδιον, ου, τὸ, aqualiculus, qua aqua effunditur manibus abluendis, *Strab.* 17. item vas vinarium, ut lagena. A

Πϱοχοῒς, ΐδος, ἡ, matula. A προχέω.

Πϱόχοος, *contr.* πρόχους, ου, ὁ, aqualis, vas aquarium quo aqua manibus datur, gutturnium, *pl.* πρόχοι (sed est a πρόχος, *Hom. Ern.*) Ab eod.

Πϱοχορεύω, præsulto, salto. Κῶμον ἀναυλότατον προχορεύουσ', *Eurip. Phœn.* 797.

Πϱόχους, ου, ἡ, aqualis, guttus. Ἐκ τ' εὐκροτήτου χαλκέας πρόχου, *Soph. Antig.* 430.

Πϱοχόω, χωννύω, χώννυμι, aggere præmunio, *Herod.*

Πϱοχρίω, fut. ίσω, ante inungo. Ὦ, προὔχρισεν, *Soph. Trach.* 696.

Πϱοχρονέω, ῶ, f. ήσω, tempore sum prior, tempore præcedo. A

Πϱόχρονος, ου, ὁ ϗ ἡ, tempore prior, tempore præcedens.

Πϱόχυμα, ατος, τὸ, quod profunditur aut profusum est; (2) vinum sponte defluens ante quam uvæ calcentur. A προχέω.

Πϱόχυσις, εως, ἡ, profusio, effusio; (2) terra ante locum aliquem adgesta. Ab eod.

Πϱοχυταῖος, αία, αῖον, natus vel habitans in insula Prochyta. A

Πϱοχύτη, cum νῆσος, est terra avulsa a continente et insula facta; (2) patera ad libandum.

Πϱοχύται, ων, fruges, seu mola salsa quæ inspergebatur victimæ jam mactandæ; (2) variarum rerum missilia, ut florum et fructuum, quæ jaci solerent a populo faustis acclamationibus principes salutante; quod et victori in certaminibus fieri consueverat. (1) Νικοὺς δὲ προχύτας . . . ἀνάξεται, *Eur. Iphig. in Aul* 955. (2) προχύταις βαλλόντων, *Plut. in Dion.* 1776. edit. *Steph.* A προχέω.

Πϱοχυτήριον, ου, τὸ, fusorium, *Gl. V.* A

Πϱοχύτης, ου, ὁ, poculi species:

Πϱοχύτιος, α, ον, profusus, *Clem.* A

Πϱοχυτὸς, ή, όν, profusus. A

Πϱοχύω, f. ύσω, profundo, effundo; (2) terra adgesta exstruo. Τὸ Περσικὸν εἶδμα προχύων, *Dion. Per.* 52.

Πϱόχωλος, ον, claudus.

Πϱοχῶναι, αἱ, clunes, nates, *Poll.*

Πϱοχωρέω, ῶ, f. ήσω, procedo, progredior; (2) succedo, prospere cedo. Ἡμῖν δὲ δόξας εὖ προχωρῆσαι δόμος, *Eur. Herac.* 486. Ἤδη τὸ πλεῖον τῆς νυκτὸς προεκεχωρήκει, *Herod.* Impersonaliter sumitur: Προχωρεῖ, licet, commodum est. Ἡνίκ' ἂν ἑκάστῳ προχωρῇ, quando cuique commodum sit, *Xenoph. Cyri Inst.* 1, 2. Ἦν ἂν αὐτῷ πέμψῃς ὁπόσα σοι προχωρεῖ, quantum tibi commodum erit, *Id. Ibid.* 3, 172. Hinc

Πϱοχώρημα, ατος, τὸ, quod succedit seu successit; (2) excrementum.

Πϱοχώρησις, εως, ἡ, successio, progressus, processio. Ab eod.

Πϱόχωσις, ἡ, terra aggesta, *Steph.*

Πϱοψηφίζω, ante scisco, decerno.

Πϱοψύχω, f. ξω, prius refrigero.

Πϱοῳδικὸς, præcinens, *Steph.* vid. et in ἐπῳδικός.

Πϱοώδιος, ὁ, ἡ, qui dentes exsertos, eminentes habet. Ab ὀδούς.

Πϱοωδοποιοῦμαι, proclivis sum, præparatus sum, *Aristot.*

Πϱοῳδὸς, ἡ, prolusio in cantu, introitus, et quasi præcentio.

Πϱοωθέω, ῶ, fut. ήσω, et ώσω, protrudo, propello. Τ' ἄλλα παρακαλεῖν ϗ προωθεῖν, *Longin.* 32.

Πϱοώλης, petulans. *Ph.* perditus. Ab ὄλλυμαι.

Πϱοωμοσία, ας, ἡ, jusjurandum ante testimonium. Ab ὄμνυμι.

Πϱοωνύμιον, ου, τὸ, prænomen, *Ph.* Ab ὄνομα.

Πϱοώνυμος, ου, ὁ ϗ ἡ, prænomen habens.

Πϱοώριος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui justum legitimumque tempus

tempus prævenit, præmaturus, præcox. Ex πρὸ et ὥρα, *tempus*.

Πρόωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem et ex iisd. Πρόωρον, *adv.* ante tempus. Ab eod.

Προώρισαν, 3. pl. a. 1. ind. act. verbi προορίζω.

Προωρώμην, imperf. ind. med. *contr.* pro προωραόμην, a προοράω.

Πρῶσις, εως, ἡ, protrusio, expulsio. A προωθέω.

Προώστης, ου, ὁ, caput lignorum prominentium, quæ pondus dejiciendum suspendebant. Ab eod. Hinc

Προωστικὸς, ἡ, ὸν, vim propellendi habens.

ΠΡΥΛΕ'ΕΣ, ων, οἱ, milites pedites; *Il.* 5, 744. (2) populi multitudo conferta. Hinc

Πρύλις, εως, ἡ, saltatio armata, quam pedites saltant, Pyrricha. Οὖλα δὲ Κούρητές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο, *Callim. in Jov.* 52.

Πρύμνα, ης, ἡ, extrema navis pars, puppis. Hesychius explicat κατὰ πρύμνην per εἰς τὰ ὀπίσω, retrorsum. Hinc χωρεῖ δὲ πρύμναν (subintellecta præposit. κατὰ), retro cedit, *Eurip. Andr.* 1121. A πρυμνός.

Πρύμνηθεν, *adv.* a puppi; vide πρυμνόθεν. A pr.

Πρυμναῖος, ad πρύμνην pertinens, *Ep.*

Πρυμνήσια, τὰ, funes quibus navis religatur ad terram. *Gl. V.* retinacula; *Il.* 1, 47. A πρυμνός.

Πρυμνήσιος, ία, ιον, qui est in puppi, ad puppim pertinens. Ab eod.

Πρυμνήτης, ου, ὁ, gubernator in puppi sedens; *adj.* pro πρυμνήσιος. Ab eod.

Πρυμνητικὸς, ἡ, ὸν, ad puppim pertinens.

Πρυμνόθεν, *adv.* a puppi; ab eod. (2) funditus. A

ΠΡΥΜΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, extremus, ultimus; (2) crassus, gravis, ut lapis, *Hom.* Πρύμνον, τὸ, extremitas, finis, τὰ πρύμνα, idem.

Πρυμνοῦχος, ου, ὁ καὶ ἡ, puppim tenens. Ex πρύμνα et ἔχω.

Πρυμνώρεια, ας, ἡ, extrema montis pars, radix montis. Ex πρυμνὸς et ὄρος, *mons*.

Πρυτανεία, ας, ἡ, dignitas seu potestas prytanica, munus vel imperium prytanicum. A πρύτανις.

Πρυτανεῖα, ων, τὰ, pecunia quam deponebant actor et reus judicio disceptaturi, *Lat.* sacramentum. A

Πρυτανεῖον, ου, τὸ, locus Athenis in quo Prytanes judicia exercebant, et in quo viri bene de republica meriti publicis alebantur sumptibus; (2) curia; (3) palatium augustale. A πρυτανεύω.

Πρυτανεὺς, ὁ, idem quod πρύτανις, *Lys.*

Πρυτανεύω, f. εύσω, senator sum, aut magistratus, aut aliud quod πρύτανις notat, summam potestatem teneo, præses sum; (2) rego, moderor, administro; (3) suppedito, subministro, procuro. Τὴν εἰρήνην ἐπρυτάνευσε, *Isocr.* περὶ εἰρήνης, *Aristot.* Πρυτανευσέμεν ἀθανάτοισι, *Hom. in Apoll.* 68. A πρύτανις. Unde

Πρυτανικὸς, ἡ, ὸν, ad πρύτανιν pertinens.

ΠΡΥ'ΤΑΝΙΣ, εως, ὁ, Athenis senator ex numero 500, quorum decima pars decima anni parte rebus præerat; (2) in aliis civitatibus interdum summum magistratum notat, unde (3) summus magistratus, ἄρχων ὕπατος· (4) princeps in aliquo genere artis aut rei; (5) curator, præfectus alicujus rei, dispensator: vid. *Ern.*

Πρῲ, πρῷ, *adv.* mane; (2) mature, tempestive; (3) prius. (1) ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν σοι πρῲ πάνυ ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐπεσκευασμένα, *Aristoph. Lys.* 612. (3) δέδοικα γὰρ μὴ πρῲ λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ, *Soph. Trach.* 630.

Πρῴην, *adv.* nuper, ante, olim, *Ph.* pro πρωίην sc. ὥραν.

Πρωθήβης, ου, ὁ, qui primos pubertatis annos agit, puber. Ἔκτα πρωθήβην Ὑάκινθον, *Nic. Th.* 905. Ex πρῶτος et ἥβη.

Πρωθήβος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem et ex iisd.

Πρωθύστερος, præposterus, *Gl. V.* πρωθύστερον, præposterum, *Gl. V.* Ex πρῶτον et ὕστερον.

ΠΡΩΙ', *adv.* mane; (2) mature, tempestive; præmature, ante tempus. *Compar.* πρωϊαίτερος, έρα, ερον, et *superl.* πρωϊαίτατος. Hinc

Πρωΐα, ας, ἡ, scil. ὥρα, matutinum tempus.

Πρωϊαίτατα, admodum tempestive, præmature.

Πρωϊαίτερον, *adv.* citius; (2) maturius.

Πρωϊανθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mature vel præmature florens. Ex πρωΐ et ἄνθος.

Πρωϊβλαστος, ον, idem quod -βλαστὴς, Theophr.

Πρωϊβλαστέω, ῶ, f. ήσω, mature germino. A

Πρωϊβλαστὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mature germinans. Ex πρωΐ et βλάστη, *germen*.

Πρωϊβλαστία, ας, ἡ, matura seu præcox germinatio. A πρωϊβλαστέω.

Πρωϊζὰ, vel πρώϊζα, *adv.* non ita dudum, hodie, mane; (2) præmature, citius, intempestive, ante tempus. A πρωΐ. Unde

Πρωΐζον, vel πρωϊζὸν, idem; (2) hesternum; (3) nudius tertius.

Πρωΐθεν, *adv.* a mane, a tempore matutino.

Πρωϊκαρπέω, ῶ, f. ήσω, mature fructus reddo.

Πρωϊκαρπία, ἡ, matura fructuum editio.

Πρωΐκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, cujus fructus mature proveniunt.

Πρώϊμος, ου, ὁ καὶ ἡ, maturus, tempestivus, *Ph.* πρώϊμον, præcox. A πρωΐ.

Πρωϊνὸς, ἡ, ὸν, matutinus. Ab eod.

Πρωϊνῶς, matutine, mane, *Ath.*

Πρώϊον, ου, τὸ, hora matutina. A πρώϊος.

Πρώϊος, ΐα, ϊον, matutinus. A πρωΐ. Hinc

Πρωϊότης, ητος, ἡ, præcox maturitas.

Πρωϊσπορέω, ῶ, f. ήσω, præmature sero, mature semino. A

Πρωΐσπορος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui mature seritur; (2) præmature serendus. A πρωΐ et σπείρω.

ΠΡΩΚΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, podex, anus, culus.

Πρωκτοτηρέω, ῶ, nates specto, observo, *Aristoph. Eq.* 874. ut et πρωκτοπεντετηρίς.

Πρὼν, ωνὸς, ὁ, locus acclivis, collis; (2) vertex seu cacumen montis. A πρώων.

Πρὼξ, ωκὸς, ὁ, gutta, stillicidium, *proprie* roris. *Call. in Apoll.* 40. A πρωΐ.

Πρῷος, idem quod πρώϊος.

ΠΡΩ'ΡΑ, ας, ἡ, prora, anterior pars navis; (2) hinc, *tropice*, os, adspectus, quod ab *adj.* πρωρὸς, ρὰ, ρόν. A πρό.

Πρωράζω, in prora deprimo; πρωράζεσθαι dicitur navis, cum prora ponderum vi deprimitur. A præc.

Πρώραθεν, *adv.* e prora. Ab eod.

Πρωρατεύω, f. εύσω, sum proreta, seu in prora navem rego. A

Πρωράτης, ου, ὁ, proreta, qui navem in prora regit. A πρῶρα.

Πρωρατικὸς, ἡ, ὸν, ad proram pertinens, qui est in prora, *Jul. Polluc. Onomast.*

Πρωρεὺς, έως, ὁ, proreta, *Ph.* navis curator. Τὸν δὲ τοῦ κυβερνήτου διάκονον, ὃς πρωρεὺς τῆς νεὼς καλεῖται, *Xenoph. Œconom.* 8, 14. A πρῶρα.

Πρῶτα, *adv.* primum. A πρῶτος.

Πρωτάγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui primo aliquid nunciat, prænuncius.

Πρωτάγρια, ίων, τὰ, venationis primitiæ, prima captura. *Callim. in D.* 104. Ab ἄγρα.

Πρωταγωνιστέω, primas partes in scena ago, primas i. e. præcipuas partes obtineo; (2) primam orationem in judicio habeo. A

Πρωταγωνιστὴς, οῦ, ὁ, primarum partium actor; (2) qui in quovis certamine primum locum tenet, præstantissimus.

Πρώταθλος, ου, ὁ, primus athleta. Ab ἆθλος.

Πρωταίτιος, ὁ καὶ ἡ, qui maxime in culpa est.

Πρωταίχμια, et πρωταίχμεια, τὰ, præda præmio data. Ab αἰχμή.

Πρωτάρχης, ὁ, militiæ princeps, seu præfectus τῶν προτοστάτων, *Steph.*

Πρώταρχος, ου, ὁ, dux primarius, militiæ princeps. Ex πρῶτος et ἄρχος.

Πρωτεία, ας, ἡ, primatus. A πρῶτος.

Πρωτεῖον, ου, τὸ, primatus, primæ partes, principatus. A πρωτεύω.

Πρωτέκδικος, ὁ, primus defensor.

Πρωτερικὴ, ῆς, ἡ, sc. συκῆ, ficus quæ prius fructum suum quam aliæ maturat, præcox seu festina ficus. A πρωΐ· alii tamen a πρότερος deducunt, sed et προτερικὴ scribunt, non bene.

Πρωτεὺς, έος, ὁ, Proteus, intellectus angelicus quidam, ordinis Neptuni, in se continens omnes mundi formas. *Procl. in Crat.*

Πρωτεύω, f. εύσω, primus sum, primas partes teneo, principatum obtineo, summo honore habeor; πρωτεύων, principalis, *Gl. V.* Πρωτεύουσαι ἐν ταῖς πόλεσι γυναῖκες, *Isocr.* κατὰ δόξαν, *Plut.* τῆς Ἑλλάδος, *Id.* A πρῶτος.

Πρωτηρότης, ου, ὁ, qui primus aravit vel arat. Οὕτω κ' ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζει, *Hesiod. Op.* 488. Ex ἀρότης.

Πρωτιστεύω, f. εύσω, idem quod πρωτεύω.

Πρώτιστον, et πρώτιστα, *adv.* primum, primo loco, ante omnia. A

Πρώτιστος, ίστη, ιστον, primus, *Il.* 2, 702. A πρῶτος.

Πρωτόαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, primum mare expertus, primum navigans. Ab ἅλς, *mare*.

Πρωτοβαθρέω, ῶ, f. ήσω, in primis subselliis, aut in subsellio primum colloco. A

Πρωτόβαθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in primis subselliis aut in subselliis judicum primus sedet, qui in loco primo seu eminentissimo sedet. Ex πρῶτος et βάθρον.

Πρωτοβολέω, ῶ, fut. ήσω, primus jaculor; (2) primum protrudo vel emitto. A

Πρωτοβόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui primus jaculatur. Ex πρῶτος et βάλλω. Unde

Πρωτόβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui primum feritur; (2) equus qui primum dentes edidit, et nondum domitus est. (2) ἵπποις πρωτοβόλοις, *Malalæ Chron.* 379.

Πρωτόγαλα, ακτος, τὸ, colostrum, i. e. lac primum post partum, quod sponte concrescit.

Πρωτόγαμος, ὁ καὶ ἡ, primas nuptias agens.

Πρωτογένειος, εία, ειον, primogenitus. Ex πρῶτος et γίνομαι.

Πρωτογενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem; πρωτογενέστερος, antiquior. Ex iisd.

Πρωτογέννημα, ατος, τὸ, quod primum enatum est.

Πρωτογέννητος, ου, ὁ καὶ ἡ, primogenitus, *Ph.*

Πρωτογεύστης, ου, ὁ, prægustator, qui primus gustat. *Ph.* gustator. Ex γεύω.

Πρωτογνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, qui primus sententiam dicit, princeps senatus. A γνώμη.

Πρωτόγονος, ου, ὁ καὶ ἡ, primigenius, primigenus, primogenitus, primitivus. Ἔνθα πρωτόγονός τε φοῖνιξ, *Eurip. Hec.* 458. Ex πρῶτος et γέγονα· a γίνομαι.

Πρωτογόνος, ου, ἡ, primum pariens, primum enixa. Ex iisd.

Πρωτογύναικες, ων, οἱ, qui primi uxores ducunt, *Hes.* Ex γυνή.

Πρωτοδαὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui primus scit, qui primus didicit. Ex δαίω.

Πρωτόζευκτος, ὁ καὶ ἡ, idem quod

Πρωτόζυξ, υγος, ὁ καὶ ἡ, primis nuptiis junctus, primum matrimonio junctus. A ζυγός.

Πρωτόθετον, τὸ, primitivum verbum. A τίθημι.

Πρωτοθοινία, ας, ἡ, prima convivii portio. Ex θοινὴ, *convivium*.

Πρωτόθρονος, ὁ, ἡ, primo throno sedens.

Πρωτόθροος, *contr.* πρωτόθρους, ου, ὁ καὶ ἡ, qu. dic. primisonus, primo sono editus; (2) primo locutus. Πρωτόθροος κήρυξ, *Nonn. Paraphr.* 3, 26. *Conf.* et 6, 45.

Πρωτοκαθεδρία, ας, ἡ, primus in consessu aliquo locus.

Πρωτοκήριος, ου, ὁ, primicerius, primus dignitate. Ex κηρὸς, *cera*, quia primus in tabula cerata scribebatur.

Πρωτόκλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, primo vocatus.

Πρωτοκλισία, ας, ἡ, primus in convivio locus.

Πρωτοκλίσια, ίων, τὰ, inauguratio, cum quis primam sedem, v. gr. imperii, occupat. Ex κλίσις, *inclinatio*.

Πρωτοκόμιον, ου, τὸ, prærogativa. A κομίζω.

Πρωτοκουρία, ας, ἡ, prima tonsio. A

Πρωτόκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, primum tonsus, qui primum tondetur. Ex κουρά.

Πρωτοκτίστης, ου, ὁ, primo creans.

Πρωτόκτιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, primo conditus seu creatus. *Gl. V.* primitivus.

Πρωτοκτόνος, qui primus occidit. A κτείνω.

Πρωτόκτονος, qui primus occisus est. Ab eod.

Πρωτοκύων, ὁ, princeps Cynicorum.

Πρωτόλειον, ου, τὸ, seu πρωτόλεια, ων, τὰ, primitiæ prædæ seu manubiarum; (2) quævis primitiæ; (2) τῶν σῶν δὲ γονάτων πρωτόλεια θιγγάνω, primitias tuorum genuum attingo, tua autem genua attingo princeps, *Eur. Or.* 382. Ex λεία, *præda*.

Πρωτολογέω, ῶ, fut. ήσω, primus dico; primas dicendi partes sortitus sum:

Πρωτολογία, ας, ἡ, primæ partes dicendi, sermonis principium. A

Πρωτολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui prior verba facit, qui primo loco loquitur.

Πρωτολοχία, ας, ἡ, prima acies, ordo primipilarium. Ex λόχος.

Πρωτόμαντις, εως, ὁ καὶ ἡ, princeps vates.

Πρωτομάρτυρ, υρος, ὁ, primus testis, qui primus mortem passus ob Christ. religionem.

Πρωτόμισθος, ον, primus mercede conductus.

Πρωτόμορος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui primus mortuus est.

Πρωτόμφαλον, umbilicus clypei, *Hesych.*

Πρῶτον, *adv.* primum, primo, primo loco, ante omnia. A πρῶτος.

Πρωτόπλοος, ω, ὁ, ἡ, qui primum navigat.

Πρωτονύμφιος . . . . *Stob.* 593.

Πρωτοπαγής, έος, ὁ καὶ ἡ, recens fabricatus, recens compactus; *Il.* 5, 194. A πηγνύω.

Πρωτοπαγὸς, nuper compactus, recenter constructus, *V. L.*

Πρωτοπάθεια, ας, ἡ, adfectus, quo quis primum adficitur non per consensum alterius, initium percipiendi mala:

Πρωτοπαθέω, ῶ, f. ήσω, primo patior, seu primum afficior, (vid. *Ern.*) A

Πρωτοπαθὴς, ὲς, qui primus incommodo afficitur, vel malum sentit. A πάσχω.

Πρωτοπαθῶς, *adv.* ante alios malum sentiendo

Πρωτόπαλος, ου, ὁ, luctator primarius.

Πρωτοπάτωρ, ορος, ὁ, primus pater, generis humani auctor. A πατήρ.

Πρωτόπειρα, ας, ἡ, tirocinium, *Ph.*

Πρωτοπειρία, ας, ἡ, rudimentum, *Ph.* A

Πρωτόπειρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui rei alicujus primus periculum fecit, qui aliquid primum est expertus. Ex πεῖρα.

Πρωτοπήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, primum seu præcipuum damnum adferens. A πῆμα.

Πρωτόπλασις, εως, ἡ, initium fingendi, formandi, creandi, procreandi v. gr. sobolem.

Πρωτόπλαστος, ου, ὁ, qui primus fictus formatusque est, primus homo.

Πρωτόπλοος, *contr.* πρωτόπλους, ου, ὁ καὶ ἡ, primo navigationem expertus, qui primus navigandi fecit periculum.

Πρωτοπολίτης, ου, ὁ, princeps, *Ph.* πρωτοπολῖται, proceres, optimates, *Ph.*

Πρωτοπορεία, ας, ἡ, præeundi dignitas; (2) primum agmen in bello, prima acies.

Πρωτοπόρος, ὁ, qui primus vadit, transit.

Πρωτόποσις, ἡ, quæ virgo alicui nupsit; al. πρωτόπειρος, *Poll.*

Πρωτοπραξία, ας, ἡ, prima exactio; (2) quod primum exigitur. A πρᾶξις.

Πρωτόῤῥιζος, ου, ὁ καὶ ἡ, primum proferens radicem. A ῥίζα.

Πρωτόῤῥυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui primum defluxit, epith. vini et lactis. Ex ῥύω.

Πρῶτος, πρώτη, πρῶτον, primus; (2) prior, præstantior; (3) primus, i. e. primarius, primum locum obtinens. *Superl.* a πρὸ, pro πρότατος, unde *Ion.* fit πρῶτος, et *Att.* πρῶτος. Hinc οἱ πρῶτοι, ων, primores, primates. Τὰ πρῶτα Latini dicunt prima virorum. Τὰ πρῶτα μὲν δορὶ κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ἕδρας, armis qui primas obtinet, primasque auspiciis, *Soph. Œd. Col.* 1312 Τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἕδος Ἀργείων, quæ primas obtinetis Argis, primariæ inter Argivas mulieres, *Eurip. Or.* 1247. *Gl. V.* τὴν πρώτην, sc. ὥραν, primum; τὰ πρῶτα, sc. γέρα vel γέρα, primæ partes.

Πρωτοσέληνος, ον, prima dies, initium mensis. A σελήνη.

Πρωτοσπόρος, ου, ὁ, qui primus serit aut sevit, progenitor, parens. A πρωτόσπορος, primo seminatus, primo satus.

Πρωτόσταχτος, ον, qui primus destillavit.

Πρωτοστασία, ας, ἡ, principatus. A στάσις.

Πρωτοστατέω, ῶ, f. ήσω, primus in ordine sto, antistitor seu antesignanus sum. A

Πρωτοστάτης, ου, ὁ, qui primus stat in acie, *Ph.* princeps, dux; πρωτοστάται, primores, *Gl.V.* Ex ἵστημι.

Πρωτόσφακτος, ον, primus omnium interfectus. A σφάττω.

Πρωτοτοκέω, primum pario, primum edo partum, *Steph.*

Πρωτοτοκεῖα, ων, τὰ, jus primogenituræ. A

Πρωτοτοκεύω, f. εύσω, primogenituræ jura tribuo.

Πρωτοτοκία, ίων, τά· vide πρωτοτοκεῖα. A

Πρωτοτόκος, ου, ἡ, quæ primum peperit, primipara, *Gl. V. Il.* 17, 5. Ex πρῶτος et τίκτω

Πρωτότοκος, ου, ὁ καὶ ἡ, ille, ante quem nullus alius ex iisdem parentibus editus est. *Ph.* primogenitus, primitivus. Ex iisd.

Πρωτοτομέω, ῶ, f. ήσω, primum cædo seu seco, in primis puto. A

Πρωτότομος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui primus cæsus et putatus est. Ex πρῶτος et τέμνω.

Πρωτότροφος, ον, primum educatus, *Man.*

Πρωτοτυπία, ἡ, est verborum πρωτοτύπων (2).

Πρωτότυπον, ου, τὸ, originale, principale, *Ph.* (2) verbum πρωτότυπον, seu primitivum. a Gramm. opp. κτητικοῖς, ut ἕλλην, a quo κτητικὸν ἑλληνικός· dicitur et ἁπλοῦν· (3) in Dialecticis πρωτότυπα, prædicamenta, *Phil.* A

Πρωτότυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, exemplar, ex quo simile facimus. *Gl. V.* primitivus, principalis.

Πρωτοτύπως, *adv.* principio. *Gl. V.* principaliter, primitive.

Πρωτοΰπνιον, τὸ, primus somnus. Ex ὕπνος.

Πρωτουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, primas in opere aliquo partes obtinens, primario efficiens. Ex ἔργον.

Πρωτοφάνεια, ας, ἡ, prima apparitio. A

Πρωτοφανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, primo apparens. Ex φαίνομαι.

Πρωτοφόνος, ου, ὁ, primus homicida; ita vocatur Cain.

Πρωτοφορέω, ῶ, f. ήσω, primus seu inter primos gero aliquid.

Πρωτοφόρημα, ατος, τὸ, fructus terræ, qui primus prodit; primitiæ, omninoque quod quis primo loco fert. A præc.

Πρωτοφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, primo natus seu exortus. Ex φύομαι.

Πρωτόχνοος, *contr.* πρωτόχνους, ου, ὁ καὶ ἡ, primam lanuginem habens.

Πρωτόχρονος, ου, ὁ καὶ ἡ, primævus, *Gl. V.*

Πρωτόχυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, primum effusus.

Πρώτως, *adv.* primum, primo loco, ante omnia, primo, primario, i. e. per se et sua natura, non per accidens. *Gl. V.* primo, primitus. A πρῶτος.

Πρωφανὴς, ὲς, primum lucens seu apparens, epith. lunæ, *Tryph.*

ΠΡΩ'ΩΝ, ωνος, ὁ, idem quod πρών.

Πταίη, 3. sing. a. 2. opt. act. v. πτῆμι, *volo.*

Πταίουσαν, *offendentem*, acc. sing. præs. part. act. f. g. *Dor.* pro πταίουσαν, a πταίω.

ΠΤΑΙ'ΡΩ, sternuo, sternuto; ἔπταρον, aor. 2. *Od.* 17, 541.

Πταίσειν, f. 1. inf. act. verbi πταίω, *offendo.*

Πταῖσμα, ατος, τὸ, offensio, lapsus, *Ph.* (2) culpa, noxa, delictum, menda, error; (3) calamitas bellica.

Πταισμάτιον, ου, τὸ, offensiuncula, *Gl.V.* A

ΠΤΑΙ'Ω, f. πταίσω, *proprie* impingo, offendo, titubo, vacillo, labor; (2) pecco, erro; (3) cladem accipio, fortuna adversa utor. Τῇ γνώμῃ καὶ τύχῃ πταίειν, *Herodian.* Μὴ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλὰς, cedat, *Thuc.*

Πτάκαλα, storea qua acatia sternuntur, *Poll.*

Πτακὶς, ίδος, timor, pavor. A πτήσσω.

Πτάκισμα, ατος, τὸ, trepidatio, quum quis metu contrahitur. A præc.

Πτακισμὸς, ὁ, trepidatio, *Hes.*

Πτακωρεῖν, trepidare, formidare, *Hes.*

Πτάμενοι, nom. pl. præs. part. med. v. πτῆμι

Πτὰξ, ακὸς, ὁ καὶ ἡ, idem quod πτακίς.

Πταρμική, ῆς, ἡ, fruticis genus, qui in cacumine capitulum habet, quod acri odore suo sternutare cogit. A

Πταρμικὸς, ή, ὸν, qui sternutare potest vel solet; (2) sternutare cogens. A

Πταρμὸς, οῦ, ὁ, sternutatio, sternutamentum.

Πτάρνομαι, sternuo; sternuto, *Ph.* Πτάρνοιντο, *Aristot.* 3. pl. opt.

Πτάρνυμαι, idem. A πταίρω.

Πτάρνυμι, sternuo. *Gl. V.* Ab eod.

Πτάτο, 3. sing. imperf. ind. med. *Ion.* pro ἔπτατο, a πτῆμι, *volo.*

Πτάω, πτῶ, est thema, unde πτήσσω, πτίσσω, πταίρω, πτύρω, πτύω, πτώσσω, &c. in quibus omnibus est significatio commotionis, agitationis, &c. *Ern.*

ΠΤΕΛΕ'Α, ας, ἡ, ulmus. Hinc

Πτελέινος, ίνη, ινον, ulmeus, ex ulmo.

Πτελεόθρον, pro πτέλεθρον.

Πτελεὺς, ὁ, pro πτελέα, *Hes.*

Πτελεὼν, ῶνος, ὁ, ulmetum, *Gl. V.*

Πτέλος, ὁ, aper. Πτέλας, *Lys.*

Πτερέως, celeriter, *Steph.*

Πτερία, ἡ, pro πτερὶς, *Theophr.*

Πτέρινος, ίνη, ινον, alatus, pennatus, e pennis contextus. *Gl. V.* πτέρινον, plumatile. Εὐπαγεῖ κύκλῳ πτερίνῳ, flabello, *Eurip. Or.* 1428. A πτερόν.

Πτέρις, ιδος, sive πτερὶς, ίδος, ἡ, filix mas, *herba*, Gl. V. πτερὶς, βοτάνη, filix. Ab eod. *Angl.* FERN, *or* BRAKES; (2) locus filicibus plenus, *Ern.*

ΠΤΕ'ΡΝΑ, *Ion.* πτέρνη, ης, ἡ, calx, calcaneus, πτέρναι, calces, *Ph.* (2) inferior pars mali erecti, quæ ἱστοπέδῃ inseritur. Ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, *Il.* 22, 397. (3) extremitas, ut montis, &c. postica pars, *Ern.*

Πτερνίζω, fut. ίσω, calce peto, contingo, vel ferio. *Gl. V.* supplanto, unde insidior, decipio. A præc.

Πτέρνιξ, ικος, ὁ, caulis cacti, plantæ spinosæ. Ab eod.

Πτερνίον, ου, τὸ, pernio, *Gl. V.* Ab eod.

Πτερνὶς, ίδος, ἡ, idem quod πτέρνα.

Πτερνισμὸς, οῦ, ὁ, ictus calcitrantis; (2) supplantatio, deceptio. Ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν, *Psalm.* 40, 10. A πτερνίζω.

Πτερνιστὴρ, ῆρος, ὁ, qui calce petit et verberat, qui calcibus ferire solet; (2) calcar:

Πτερνιστὴς, οῦ, ὁ, idem, *R.* Ab eod.

Πτερνοβάτης, ου, ὁ, qui calci inter ambulandum insistit. Ex πτέρνα et βαίνω.

Πτερνογλύφος, ου, ὁ, qui pernam rodit; nomen muris *in Batrachom.* 232. Ex πτέρνα et γλύφω. Πτερνοφάγοι, idem, *Ib.* et

Πτερνοτρώκτης, ου, ὁ, idem. A τρώγω.

Πτερνοκοπέω, ῶ, calcaneis seu pedibus strepitum moveo, pedibus supplodo; (2) explodo, tumultuor. Ex πτέρνα et κόπτω.

Πτεροδόνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, pennis agitatus; pennas, alas agitans, celer; epith. navis. A πτερὸν et δονέω.

Πτεροείμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, alis seu pennis vestitus, alatus. Ex πτερὸν et εἷμα.

Πτερόεις, όεσσα, όεν, alatus, pennatus, volucris, *Gl. V.* volatilis. A

ΠΤΕΡΟ'Ν, οῦ, τὸ, ala, pluma, pinna; *Ph.* pinnula; al. *Gl. V.* penna; πτερὸν πλοίου, aplustra, *Ph.* in veste, idem quod πτερύγιον, *Ern.* (2) augurium. (2) πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν, certum a vobis missum augurium, *Soph. Œd. Col.* 97.

Πτερόομαι, πτεροῦμαι, plumesco, *Gl. V. metaph.* attollor, quasi alis; ἐπτερωμένος, alatus, p. part. pass. Ὑπὸ τοῦ τὸ ἐν ἰδεῖν ἱμέρου πτερωθεὶς, *Philo.* A πτερόω.

Πτεροποίκιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, varias et pictas pennas habens.

Πτερόπους, -ποδος, ὁ καὶ ἡ, alatos pedes habens. *Gl. V.* alipes.

Πτεροῤῥέω, ῶ, pennas amitto. Οὐκ' ἀλλὰ τὸν χειμῶνα πάντα, τὰ ὄρνεα πτεροῤῥεῖ, *Aristoph. Av.* 106. A πτερὸν et ῥέω.

Πτεροῤ-

Πτεροῤῥυέω, ῶ, f. ήσω, idem. Καλλίας ἄρ' οὗτος ὁ ὄρνις ἐστίν; ὡς πτεροῤῥυεῖ, *Aristoph. Av.* 291. A πτερὸν et ῥύω.

Πτερότης, ητος, ἡ, pennatus. A πτερόν.

Πτεροῦσσα, forma contracta pro πτερόεσσα. Πτεροῦσσαν ὄρνιν, *Eurip. Hipp.* 732. *Phœn.* 1026.

Πτερόφοιτος, ον, alatus. Ex eod. et φοιτάω.

Πτεροφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, aliger, penniger. Ex πτερὸν et φέρω.

Πτεροφυέω, ῶ, fut. ήσω, pennas produco, plumesco. Ex eod. et φύω.

Πτεροφυὴς, ὲς, alatus. Ex iisd.

Πτεροφυΐα, ας, ἡ, pennarum productio.

Πτερόφυτος, ον, alatus.

Πτερόω, ῶ, fut. ώσω, alas addo, alitem facio; (2) *metaph.* erigo, uti spe; (3) de navi, cum paratur ad cursum. Ἔπειτα δ' ὅπως φρονίμως πρὸς ἄνδρ' ὁρῶν πτερώσεις, *Arist. Av.* 1339. Λόγοισι τ' ἄρα ϗ πτεροῦνται, *Ib.* 1452. A πτερόν.

Πτερ[illegible], dat. pl. *Ion.* pro πτέρυξι, a πτέρυξ.

Πτερυγίζω, fut. ίσω, pennas rostro purgo; (2) alas pando seu explico, tento volatum, de pullis avium; (3) frustra et inaniter conor, *Gl. V.* πτερυγίζειν, crissare. Ἀλλὰ φλυαρεῖς ϗ πτερυγίζεις, *Aristoph. Plut.* 574. A πτέρυξ.

Πτερύγινος, plumarius; Adject. *Gl. V.*

Πτερύγιον, ου, τὸ, alula, plumula; (2) pinnaculum, seu pinna in ædificio; (3) summa auricula, Dim. (4) in veste anguli extremi; (5) extremitas, ut gubernaculi, &c. A πτέρυξ.

Πτερυγοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, alæ formam habens. Ex πτέρυξ et εἶδος.

Πτερυγοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, penniger; (2) agmen quoddam militare; (3) cursor tabellarius surrectas in capite pennas gerens, ut Mercurius, parasitus. Ex πτερὸν et φέρω.

Πτερυγώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, alæ speciem gerens, alam referens; (2) alatus; (3) scapulas exstantes habens. A πτέρυξ.

Πτερυγωκὺς, vel πτερύγωκυς, έος, ὁ ϗ ἡ, alis celer. Ex πτέρυξ et ὠκύς.

Πτερύγωμα, ατος, τὸ, ala, pinna; (2) extremitas; quasi a πτερυγόω.

Πτερυγωτὸς, ἡ, ὸν, alatus, pennatus, pinnatus.

Πτέρυξ, υγος, ἡ, ala, pinna, penna, pluma. A πτερόν.

Πτέρυξις, εως, ἡ, alarum plausus; (2) conatus volandi in pullis. A

Πτερύσσομαι, fut. ξομαι, alis latera ferio; (2) gestio, seu passis alis gestio, gaudeo, lætor. *Lys.* 1106. A πτέρυξ.

Πτερύομαι, idem.

Πτέρωμα, ατος, τὸ, pennosum in avibus tegmen; (2) pinnæ murorum. A πτερόν.

Πτέρωσις, εως, ἡ, idem; (2) pennarum productio.

Πτερωτὴς, ῦ, ὁ, qui alas addit, qui alis sublevat. Ab eod.

Πτερωτὸς, ἡ, ὸν, alatus, pennatus, aliger, *Gl. V.* Ab eod.

Πτέσθαι, *volasse*, aor. 2. inf. med. pro πτῆσθαι. a πτῆμι. Unde

Πτηκτικὸς, ἡ, ὸν, pavidus, aptus ad trepidandum, ut pauper, *Etn.* A πτήσσω.

Πτῆμα, ατος, τὸ, volatus, *Gl. V.*

Πτῆμι, fut. πτήσω, volo. Verbum inus. unde tamen ἵπταμαι et alia descendunt.

Πτῆναι, *volasse*, aor. 2. inf. act. verbi ejusd.

Πτηνολέτις νεφέλη, aves perdens, vel perimens laqueus vel rete. Ab ὄλλυμι.

Πτηνοπέδιλος, ον, alatos calceos habens, ut Mercurius; celer pedibus.

Πτηνὸς, ἡ, ὸν, volucris, volatilis. Hinc τὸ πτηνὸν, ῦ, ales, avis, sc. ὄρνις. A πτῆμι.

Πτῆξαι, aor. 1 inf. act. verbi πτήσσω.

Πτήσει, 3 sing. f. 1 ind act. verbi πτῆμι, *volo.*

Πτῆσις, εως, ἡ volatus. Ab eod.

Πτήσσω, fut. ξω, [illegible] de ave cum frigore metuve alas contrahit; (2) metu contrahor, expavesco, fugio, me abscondo, *Gl. V.* extimesco; (3) perterrefacio, *Il.* 14, 40, sed lectio variat. Τάχ' ἂν, ἐξαίφνης εἰ σὺ φανείης, σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι, *Soph. Aj.* 170. Ὁπόταν πτήξωσι χελιδόνες εἰς ἕνα χῶρον, *Aristoph. Lysist.* 770. Πόλις δὲ πρὸς πόλιν ἔπτηξε, χειμασθεῖσα, civitas, ad civitatem trepida fugere solet, *Eurip. Suppl.* 268. A πτοίω.

Πτητικὸς, ἡ, ὸν, volatilis. A πτῆμι.

Πτητικῶς, *adv.* volatilium modo, *Suicer.*

Πτίλλος, lippus, *Ph.* vide πτίλος, quæ melior est lectio.

Πτιλοβάφος, ου, ὁ, plumarius, *Ph.* Ex πτίλον et βάπτω.

Πτίλον, ου, τὸ, penna mollis, *Ph.* pluma.

Πτιλόνωτος, ον, epith. avis, cui tergum est pilis mollibus obsitum.

ΠΤΙ'ΛΟΣ, cui ex ciliis pili periere; (2) lippus. Hinc

Πτίλωσις, εως, ἡ, pennarum plumarumque annua mutatio; (2) defluvium pilorum e palpebris callosis et rubentibus; (3) lippitudo.

Πτιλωτὸς, ἡ, ὸν, pennatus seu pinnatus; (2) membrana sicca volans. Ab eod.

Πτισάνη, seu πτισσάνη, ης, ἡ, ptisana, *i. e.* hordeum pistum et a cortice purgatum; (2) potio vel sorbitio e tali hordeo.

Πτισανοῤῥοφία, ἡ, sorbitio ptisanæ.

Πτίσανος, idem quod πτισάνη, *Nic.*

Πτίσμα, ατος, τὸ, hordei granum, a cortice purgatum et comminutum.

Πτισμὸς, ου, ὁ, contusio, comminutio tundendo facta. A

ΠΤΙ'ΣΣΩ, tundo; (2) pinso; (3) decortico. Ἐπτισμέναις κριθαῖς, *Aristot.*

Πτιστικὸς, ἡ, ὸν, pistioni aptus, qui contundi, comminui potest. A πτίσσω.

Πτόα, ας, ἡ, pavor, consternatio, metus; (2) impotens amor.

ΠΤΟΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, metu consterno, terrefacio, exterreo; obstupefacio, attonitum reddo, *Ph.* (2) amore, cupiditate aliqua vehementi incendo, etiam lætitia effero; πτοῶ, terreo, territo; πτοοῦμαι, trepido, paveo, pavesco, expavesco, *Gl. Vet.* ἐπτοημένος, pavidus, *Gl. Vet.* p. part. pass. percussus amore. Μή τις σ' ἴδῃ στείχουσαν ἐπτοημένην, *Eur. Iph. in Au.* 1054. Hinc

Πτοηθῆτε, 2. pl. a. 1. conj. pass. verbi πτοέω.

Πτόησις, εως, ἡ, idem quod πτόα.

Πτοία, ας, ἡ, idem. Hinc

Πτοιαλέος, ου, ὁ ϗ ἡ, pavidus, timidus; (2) amore, cupiditate incensus.

Πτοιάω, ῶ, idem quod

Πτοιέω, ῶ, f. ήσω. Μοὶ ὄντως διὰ φρένας ἐπτοίησαν, *Mosch.* 4, 122. A

Πτοίησις, εως, ἡ, idem quod πτόησις.

Πτοιὸς, ου, ὁ, timor, metus. A πτοία.

Πτοιοῦμαι, præs. ind. pass. *contr.* pro πτοιέομαι, a πτοιέω, *Poet.* pro πτοέω.

Πτολεμίζω, *Il.* 13, 644. Pro πολεμίζω.

Πτολεμιστὴς, ῦ, ὁ, pro πολεμιστής.

Πτολεμόνδε, ad vel in bellum; pro πολεμόνδε.

Πτόλεμος, ου, ὁ, bellum, pugna.

Πτολίαρχος, ου, ὁ, præfectus aut princeps urbis, vel pro πολίαρχος.

Πτολίεθρον, pro πολίεθρον, oppidum.

Πτολίεσσι, dat. pl. *Att.* et *Ion.* pro πόλεσι.

Πτολιπόρθης, ου, ὁ, idem quod

Πτολιπόρθιος, ου, ὁ, urbium populator, vastator seu eversor. *Od.* 9, 504. Ex πόλις et πορθέω. Cicero hoc nomine solum Ulyssem insigniri apud Homerum ait. Reperitur tamen non semel de Achille.

Πτολίπορθος, idem, *Il.* 2, 278.

Πτολιπόρθω, dat. sing. *Att.* pro πτολιπόρθῳ.

Πτόλις, εως, ἡ, urbs, civitas. Pro πόλις.

Πτόλισμα, ατος, τό. Pro πόλισμα.

Πτορθάκανθος, ου, ὁ ϗ ἡ, ramos habens spinosos seu aculeatos. Ex πτόρθος et ἄκανθα.

Πτόρθοιο, gen. sing. *Ion.* pro πτόρθου, a

Πτόρθος, ου, ὁ, ramus, surculus. Ab ὀρθός.

Πτοώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, terrore perculsus, perterrefactus, pavidus. A πτοέω.

Πτυαλίζω, vel πτυελίζω, fut. ίσω, frequenter spuo, os sputo plenum habeo. A πτύαλον, sive πτύελον. Hinc

Πτυαλισμὸς, vel πτυελισμὸς, ῦ, ὁ, screatus, exscreatio; (2) crebra sputi ejectio. A præc.

Πτύαλον, ου, τὸ, sputum. A πτύω.

Πτυάριον, ου, τὸ, parvum ventilabrum. A πτύον.

Πτυὰς, ἡ, sputatrix, aspidis species quædam, *Gal.*

Πτύγμα, ατος, τὸ, plica, sinus, sinus rei complicatæ; *Il.* 5, 315. A πτύσσω.

Πτυγμάτιον, ου, τὸ, parva plicatura, Dim.

ΠΤΥ'ΓΞ, γὸς, ἡ, ptynx, avis genus.

Πτυελίζω, saliva abundo, *Hipp.* A πτύελον.

Πτυελισμὸς, ῦ, ὁ, qu. dic. salivatio, salivæ abundantis fluxus. A præc.

Πτύελον, ου, τὸ, vas in quod sputum ejicitur.

Πτυκτίον, ου, τὸ, ruga; (2) libellus plicatilis, pugillares. A

Πτυκτὸς, ἡ, ὸν, plicatus, plicatilis. A πτύσσω.

Πτὺξ, πτυχὸς, ἡ, plica, plicatura; (2) ruga et sinus vestis; (3) lamina pugillarium; πτύχες, januæ, valvæ, *Gl. V.* tabella; (4) sinus clivi, valles montium. *Il.* 20, 22. Ab eod.

Πτυξαγρὶς, cancri epith. *V. L.*

Πτύξας, aor. 1. part. act. verbi πτύσσω.

Πτύξις, εως, ἡ, plicatio, plicatura. Ab eod.

Πτύον, ου, τὸ, ventilabrum, pala, *Ph.*

Πτυόφι, *Poet.* ventilabro, *Il.* 13, 588.

Πτύρμα, ατος, τὸ, consternatio. Τούτων φοιτωμένων, ἐγένετο πτύρμα, *Malalæ Chronogr.* 235. (dubia lectio. vide *Hes.* v. πτυρμός)

Πτυρμὸς, ῦ, ὁ, pavor, consternatio.

Πτυρτικὸς, ἡ, ὸν, qui facile consternatur. A

Πτύρω, fut. ρῶ, consterno, terrefacio, terreo; πτύρομαι, trepido, *Ph.* πτύρεται, consternatur, *Ph.* Μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, *Phil.* 1, 28.

Πτύσις, εως, ἡ, exscreatio, sputi ejectio.

Πτύσκω, idem quod πτύω.

Πτύσμα, ατος, τὸ, sputum. Ab eod.

Πτυσμὸς, ῦ, ὁ, sputatio, exspuitio. Ab eod.

ΠΤΥ'ΣΣΩ, f. ξω, plico, complico, in rugas et sinus contraho; ἐπτυγμένος, complicatus, plicatus, perf. part. pass. πτυχθεὶς, plicatus, aor. 1. part. pass. Πτύξας ἐπ' αὐταῖς χεῖρας, complexus, *Soph. Œd. Col.* 1606

Πτυχὴ, ῆς, ἡ, plica, plicatura; (2) αἱ πτυχαὶ, vestes, imprimis, duplices; (3) recessus montis. Ναπαίαις ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς, *Soph. Œd. Tyr.* 1026. A præc.

Πτυχθεῖσα, aor. 1. part. pass. f. g. v. πτύσσω.

Πτυχίον, ου, τὸ, libellus seu codicillus plicatilis, pugillares. A πτύξ.

Πτυχὶς, ίδος, ἡ, pars navis ubi nomen navis scriptum. Ab eod.

Πτυχώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, multas habens plicas, rugosus, plicatilis. A πτυχή.

ΠΤΥ'Ω, fut. ύσω, spuo, exspuo, exscreo; (2) contemno, despuo. Τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον, *Theocr.* 6, 39. (2) ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ, *Soph. Antig.* 653. Πτύσας προσώπῳ, vultu dicta respuens, contemnens, *Id. ibid.* 1232. Vide *Scholiast.* Αἷμα παχὺ πτύοντα, *Il.* 23, 697.

Πτωκάζειν, præs. inf. act. *Ion.* pro πτωκάζειν, a

Πτωκάζω, metu contrahor, expavesco; *Il.* 4, 372. A πτὼξ. Unde

Πτωκὰς, άδος, ἡ, pavida, timida, fugax.

Πτῶμα, ατος, τὸ, casus, lapsus; (2) clades; (3) delictum seu erratum; (4) cadaver. (4) Ἑλένης πτῶμ' ἰδὼν ἐν αἵματι, *Eurip. Or.* 1196. A πίπτω. Hinc

Πτωματίζω, fut. ίσω, cadere facio, vel præcipito.

Πτωματὶς, ίδος, ἡ, poculi seu alius vasis genus. Ab eod.

Πτὼξ, πτωκὸς, ὁ ϗ ἡ, pavidus, timidus; (2) *substant.* pro lepore, *Il.* 17, 676. *Æschyl. Agam.* 141. A πτοίω.

Πτώσιμος, ίμη, ιμον, caducus; πτώσιμον et πτῶμα ἐπὶ νεκροῦ, cadaver, *Gl. V. Æschyl. Agam.* 673. A πίπτω.

Πτῶσις, εως, ἡ, casus, ruina. *Ph.* strages, Al. *Gl. V.* Ab eod.

Πτώσσῃ, 3. sing. præs. conj. act. v. πτώσσω.

Πτώσσοντι, 3. plur. præs. ind. act. *Dor.* pro πτώσσουσι, a

Πτώσσω,

Πτώσσω, f. ξω, perterreor, trepido, expavesco, metu perculsus concido, abscondo me præ metu; (2) timide mendicans oberro, mendico. Ἄλλην δ' ἄλλος εἰς ἐρημίαν πτώσσουσαν εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν, Eur. Bacc. 223. A πτοέω.

Πτώσω, cadam, f. 1. ind. act. verbi πίπτω.

Πτωτικὸς, ή, όν, casualis. Vox Gramm. A

Πτωτὸς, ή, όν, qui cadere potest vel solet, caducus. A πίπτω.

Πτωχαλάζων, ονος, ὁ ϗ ἡ, pauper, arrogans, ap. Athenæum. Ex πτωχὸς et ἀλαζών.

Πτωχὰς, άδος, ἡ, idem quod πτωκὰς, vel semper esuriens. A πτὼξ vel πτωχὸς, sed verbum est dubium.

Πτωχεία, ας, ἡ, mendicitas, paupertas.

Πτωχεῖον, ου, τὸ, locus in quo mendici degunt vel aluntur, domus mendicorum. A

Πτωχεύω, fut. εύσω, pauper sum, mendico; πτωχεύεσκον, mendicabam, imperf. Ion. pro ἐπτώχευον. Ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὢν, 2 Cor. 8, 9. A πτωχός.

Πτωχελένη, ἡ, mendica Helena, cognomen meretricis, Ath.

Πτωχίζω, fut. ίσω, ad mendicitatem redigo, pauperem facio. A πτωχός. Unde

Πτωχικὸς, ή, όν, mendicus; (2) mendico conveniens.

Πτωχίστερος, compar. irregul. a πτωχός.

Πτωχοδοχεῖον, ου, τὸ, receptaculum mendicorum.

Πτωχόμουσος, ου, ὁ ϗ ἡ, pauper Musis, i. e imperitus. Ex πτωχὸς et Μοῦσα.

Πτωχοπλούσιοι, qui paupertatem mentiuntur, qui specie paupertatis reipsa sunt ditissimi.

Πτωχοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, ad mendicitatem redigens. A ποιέω.

Πτωχὸς, ή, όν, proprie timidus; (2) mendicus, pauper, egenus, Ph. A πτώσσω.

Πτωχότατος, pauperrimus. A præc.

Πτωχοτροφεῖον, ου, τὸ, locus alendis mendicis destinatus.

Πτωχοτροφέω, ῶ, fut. ήσω, pauperes alo.

Πτωχοτροφία, ας, ἡ, mendicorum nutritio. A

Πτωχοτρόφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui vel quæ mendicos alit. Ex πτωχὸς et τρέφω.

Πύαμος, pro κύαμος, Poll

Πυανέψια, ων, τὰ, festum quoddam Athenis. A

Πυανέψιος, ία, ιον, in quo legumina seu fabæ coquuntur. Ex πύανον et ἕψω.

Πυανεψιὼν, ῶνος, ὁ, mensis, cujus initium est quando Sol Scorpionem ingreditur, Gl. V October. In hoc mense celebrabantur πυανέψια, festa Apollini sacra, quibus πύανα coquebant, hoc est, fabas et legumina quædam, unde et nomen mensi. A præc.

Πυάνιος, ου, ὁ, fabaginus, e leguminibus. A

Πύανον, ου, τὸ, faba, vel legumen; (2) triticum coctum.

ΠΥ'ΑΡ, τὸ, coagulum; (2) primum lac a partu. Hinc

Πυαρίτης, ου, ὁ, idem.

Πυγαῖα, ων, τὰ, sc. μέρη, nates, clunes. A

Πυγαῖος, αία, αῖον, posticus, ad nates pertinens; (2) salax, libidinosus; (3) cinædus.

Πυγαλία, ας, ἡ, natium morbus, ficus in natibus enascens, Strab. 13. Ab eod.

Πυγαλίαι, οἱ, qui natium morbo afficiuntur, Strab.

Πύγαργος, ου, ὁ ϗ ἡ, nates albas habens, effœminatus. Subst. aquilæ genus cauda albicante, albicilla. Ex πυγὴ et ἀργός.

Πυγαρίζω, idem quod πυγίζω.

ΠΥΓΗ', ῆς, ἡ, nates, clunes.

Πυγηδὸν, adv. secundum clunes, vel nates, averse. A πυγή.

Πυγίδιον, ου, τὸ, exiles nates, clunes aridæ et depressæ. Dim. Ab eod.

Πυγίζω, fut. ίσω, nates alicujus ferio; (2) pædico; πεπυγισμένος, padicatus, Ph. p. part. pass. Ab eod. Hinc

Πύγισμα, ατος, τὸ, verberatio qua nates alicujus verberantur; pædicatio.

Πυγιστὴς, οῦ, ὁ, pædico. Ab eod.

Πυγμαιομάχος, ου, ὁ ϗ ἡ, cum pygmæis pugnans; epith. gruis. Ex seq. et μάχομαι.

Πυγμαῖος, ου, ὁ, æquans seu explens πυγμὴν, pygmæus, nanus, pumilio, pusillus homo. A πυγμή.

Πυγμαχέω, ῶ, pugilatu decerto, Apoll.

Πυγμαχία, ας, ἡ, pugilatus. A

Πυγμάχος, ου, ὁ, pugil, pugilatu decernens cum aliquo. Ex πὺξ et μάχομαι.

Πυγμὴ, ῆς, ἡ, pugnus, manus in pugnum contracta; (2) mensura spatii, a cubito ad pugnum; (3) dimicatio, pugna, Ph. Al. Gl. V. cæstus, pugilatus. Πυγμὴν ϗ παγκράτιον ἀγωνίζεσθαι, Plut. A πύξ.

Πυγμῇ, adv. crebro; (2) enixe. A πυγμὴ, cujus proprie est dativus.

Πυγολαμπὰς, άδος, vel πυγολαμπὶς, ίδος, ἡ, cicindela, insecti genus cujus clunes seu nates noctu lucent. Ex πυγὴ et λάμπω.

Πυγονιαῖος, αία, αῖον, mensuram cubiti æquans. A πυγών.

Πυγοστόλος, ου, ἡ, epith. meretricis, quasi clunes ornans. Ex πυγὴ et στέλλω.

Πυγούσιος, ου, ὁ, idem quod πυγονιαῖος, Od. 10, 517. A

Πυγὼν, όνος, ὁ. vide πυγμὴ (2). A πύξ.

Πυδαρίζω, salio, ut ποδαρίζω· (2) resilio; (3) calcitro; calce nates alterius ferio. Ἀπεπυδάρισε Μάθωνα, Aristoph. Equit. 697.

Πυέλιον, ου, τὸ, labrum seu solium æreum, in quo se lavant. A πύελος.

Πυελὶς, ίδος, ἡ, cavum annuli, in quod gemma inseritur, pala annuli. Ab eod.

Πύελον, ου, τὸ, idem quod

ΠΥ'ΕΛΟΣ, ου, ὁ vel ἡ, solium, loculus in quo mortui cadaver deponitur; (2) solium balneare; (3) alveus, in quo lac aut alius liquor excipitur. Hinc

Πυελώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, concavus in modum πυέλου

Πυετία, ας, ἡ, coagulum; vide πυτία.

Πυέω, ῶ, fut. ήσω, suppuro, ad suppurationem perduco. A πύον.

Πύη, ης, ἡ, suppuratio, morbus pulmonis, φθίσις. Ab eod.

Πυθαγόρειος, ου, ὁ ϗ ἡ, Pythagora ortus, Pythagoreus. A Πυθαγόρας.

Πυθαγορίζω, fut. ίσω, Pythagoræ sectator sum.

Πυθαγορικὸς, ή, όν, Pythagoricus. Ab eod.

Πυθαγορὶς, ίδος, ἡ, sectatrix Pythagoricæ philosophiæ.

Πυθαγορισμὸς, ὁ, sectatio, studium philosophiæ Pythagoricæ.

Πυθαγοριστὰς, Dor. pro Πυθαγοριστὴς, Pythagoræ sectator.

Πυθαύλης, ὁ, Pythii carminis cantor, vel qui Apollinis cum Pythone certamen tibia exprimit, V. L.

Πυθεδὼν, όνος, ἡ, putredo. A πύθω.

Πυθεῖον, ου, τὸ, Pythium oraculum. A πύθιος, vel a πυθέσθαι, Etm.

Πυθέσθαι, aor. 2. inf. med. verbi πυνθάνομαι.

Πύθευ, 2. sing. aor. 2. imperat. med. Dor. pro πύθου.

Πύθῃ, 3. sing. præs. conj. act. verbi πύθω.

Πύθηαι, 2. sing. aor. 2. conj. med. Ion. pro πύθῃ, a πυνθάνομαι.

Πυθία, ας, ἡ, sc. ἱέρεια, Pythia Apollinis sacerdos, Pythia. A πύθω.

Πύθια, ίων, τὰ, Pythia, festum Græcorum in honorem Apollinis Pythii, ob interemptum serpentem Pythonem. Ab eod.

Πυθιάζω, vaticinor; pro quo libri etiam πυθαΐζω, sed male. Ab eod.

Πυθιὰς, άδος, ἡ, Pythius, tempus inter duo Pythia; (2) sacerdos Pythia. Ab eod.

Πυθικὸς, ή, όν, Pythicus. Ab eod.

Πυθιονίκης, ου, ὁ, qui Pythiis ludis vicit. Ex πύθιος et νίκη.

Πυθιόνικος, ου, ὁ, idem et ex iisd.

Πύθιος, ία, ιον, Pythius, ad Pythios ludos vel Apollinem Pythium, sive Pythonem etiam et Oraculum Pythium pertinens; (2) Apollinis cognomen, a serpente Pythone ei impositum, quem jaculis suis interemisse fertur. A πύθων.

Πυθίων, ονος, ὁ, Pythion, bulbi genus.

Πυθμένοθεν, adv. funditus, prorsus, omnino. A

Σκορπιόδηκτος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, a scorpio morsus, *R.* Ex σκορπίος et δάκνω, *mordeo.*

Σκορπιοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, scorpii figuram referens, scorpio similis. Ex eod. et εἶδος.

Σκορπιόεις, όεσσα, όεν, ad scorpium pertinens. A σκορπίος.

Σκορπιόπληκτος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, a scorpione ictus. Ex eod. et πλήσσω.

ΣΚΟΡΠΙ'ΟΣ, ϐ, ὁ, scorpius, nepa, *Ph.* et *Gl. V.* Vide σκορπίων. Hinc

Σκορπιόω, ῶ, fut. ώσω, exaspero, exacerbo.

Σκορπίουρος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, scorpionis caudam habens, cujus cauda caudæ scorpii similis est. Ex σκορπίος et ϐρά.

Σκορπισθῆτε, 2. plur. aor. 1. conj. pass. verbi σκορπίζω. Unde

Σκορπισμὸς, ϐ, ὁ, dispersio, dissipatio.

Σκορπίτης, ϐ, ὁ, ut σκορπίτης λίθος, scorpites, *gemma.* A σκορπίος.

Σκορπιώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, scorpioni similis; (2) ad iracundiam pronus, venenosus, perniciosus, ut scorpio. Ab eod.

Σκορπίων, arcubalista, *Gl. V.* Ab eod.

Σκοτάζω, f. άσω, obscuro, tenebras obduco; (2) obtenebresco, obscurus fio, tenebris offundor. *Gl. V.* σκοτάζειν, noctescere. A σκότος.

Σκοταῖος, αία, αῖον, tenebricosus; (2) qui aliquid facit vesperi seu tenebris ingruentibus. Ab eod.

Σκοτασμὸς, ϐ, ὁ, caligo, obscuritas. A σκοτάζω.

Σκοτεινὸς, ἡ, ὸν, tenebrosus, obscurus. Σκοτεινὰ πράττειν, obscure degere, *Eur. Suppl.* 324. A σκότος. Hinc

Σκοτεινότης, ητος, ἡ, obscuritas, *Gl. V.*

Σκοτεινοφόρος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, tenebrosa, i. e. tenebras adferens. Ex σκοτεινὸς et φέρω.

Σκοτεινῶς, *adv.* tenebrose, obscure.

Σκότειος, α, ον, idem quod

Σκοτερὸς, ὰ, ὸν, idem quod σκοτεινός.

Σκοτεύω, clam, sive tenebricoso tempore, aufugio. A σκότος.

Σκοτία, ας, ἡ, tenebræ. Σκοτίᾳ κρύπτεται, *Eur. Phœn.* 338. Ab eod.

Σκοτίας, ϐ, ὁ, tenebrio. Ab eod.

Σκοτίζω, fut. ίσω, obscuro, tenebras obduco; σκοτίζομαι, tenebricor, *Gl. V.* Τὰς βροτῶν γνώμας σκοτίζων, *Eurip. Fragm. Œnei,* 5. Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, *Ephes.* 4, 18.

Σκότιος, ία, ιον, tenebricosus; (2) furtivus; (3) obscuris natalibus ortus, spurius. (3) θεῶν σκότιοι φθίνϐσι παῖδες ἐν θανάτῳ, deorum nothi filii, *Eurip. Alc.* 992. Ab eod.

Σκοτισμὸς, ϐ, ὁ, vertigo, *Ph.* vi vocis, tenebricatio. A σκοτίζω.

Σκοτοδασυπυκνόθριξ, ιχος, ὁ ϗ ἡ, nigrum, hirtum et densum capillitium habens. Vox comica, *Aristoph. Ach.* 393. Ex σκότος, δασὺς, πυκνὸς, et θρίξ.

Σκοτόδειπνος, ὁ ϗ ἡ, qui cœnat in tenebris, seu qui conviviis sordidis utitur. Ex δεῖπνον.

Σκοτοδινέω, ῶ, fut. ήσω, vertigine tenebricosa laboro. A σκοτόδινος. Unde

Σκοτοδίνη, ης, ἡ, vertigo tenebricosa.

Σκοτοδινία, ας, ἡ, idem et ab eod.

Σκοτοδινίασις, ἡ, idem. A seq.

Σκοτοδινιάσαι. aor. 1. inf. act. verbi

Σκοτοδινιάω, ῶ, fut. άσω, idem quod σκοτοδινέω.

Σκοτόδινος, ϐ, ὁ, vertigo tenebricosa, cum omnia circumagi atque nigra esse videntur. Ex σκότος et δίνη.

Σκοτοδίνως, *adv.* more vertigine laborantium, *Aret.*

Σκοτοειδὴς, ὲς, idem quod

Σκοτόεις, όεσσα, όεν, tenebricosus. A σκότος.

Σκοτοεργὸς, ὁ, in tenebris operans, *Man.*

Σκοτοιβόρος, ὁ ϗ ἡ, dolosus, fraudulentus.

Σκοτόμαινα, ἡ, nox, nocturna caligo, *Naz.*

Σκοτομήδης, ες, occultus in consiliis, fraudulentus. A μῆδος.

Σκοτομήνη, ης, ἡ, tenebrosa nox. *Gl. V.* illunis. Ex σκότος et μήνη.

Σκοτομηνία, ας, ἡ, idem et ex iisd.

Σκοτομήνιος νὺξ, nox illunis, tenebricosa.

ΣΚΟ'ΤΟΣ, ϐ, ὁ, vel εος, τὸ, tenebræ, caligo. Βλέποντα σκότον, *cernentem caliginem*, id est, nihil, *Soph. Œd. Tyr.* 419. Ἀλλ' ἐν σκότῳ τὸ λοιπὸν ὧς μὲν ϐκ ἴδοι ὀψοίατο, *visuros in tenebris*, id est, non visuros in posterum quos non oporteat videre, *Soph. Œd. Tyr.* 1273. (2) σκότϐ πύλας λιπὼν, inferorum portis relictis, *Eurip. Hec.* 1. Τὸ κατὰ γῆς κνέφας μετοικεῖν σκότϐ, sub terra migrare caliginem inferorum, *Id. Hipp.* 836. Hinc

Σκότϐς, gen. sing. pro σκότεος.

Σκοτόω, ῶ, f. ώσω, obscuro, tenebras obduco; (2) vertigine occupo; σκοτϐμαι, tenebresco, vertiginor, *Gl. V.* Καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτϐ ἐσκοτωμένη, *Apoc.* 16, 10.

Σκοτώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, tenebrosus, tenebricosus; (2) vertigine laborans. Hinc τὰ σκοτώδεα, vertigines, oculorum caligines. A σκότος.

Σκότωμα, ατος, τὸ, vertigo. A σκοτόω.

Σκοτωματικὸς, ἡ, ὸν, vertiginosus; (2) qui vertigines facit. A præc.

Σκότωσις, εως, ἡ, obscuratio, tenebra; (2) vertigo. Ab eod.

Σκυβαλοπάζω, turbo, *V. L.*

Σκυβαλίζω, vilipendo, adspernor, rejicio; σκυβαλίζομαι, rejicior. A σκύβαλον.

Σκυβαλικὸς, ut σκυβαλικὸν ἀργύριον, argentum vile, *Plut.* Ab eod.

Σκυβάλισμα, ατος, τὸ, res quæ rejicitur:

Σκυβαλισμὸς, ϐ, ὁ, rejectio rei quam vilipendimus. A σκυβαλίζω.

ΣΚΥ'ΒΑΛΟΝ, ϐ, τὸ, stercus, fimus, retrimentum, minutiæ. *Gl. V.* σκύβαλα, stercora, quisquiliæ. *Ph.* fæx. Hinc

Σκυβαλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, fæculentus.

Σκυδίζω, vel σκυνίζω, calcitro, *Hes.*

Σκυδμαινος, η, ον, tetricus, tristem vultum præ se ferens. A

Σκυδμαίνω, irascor, succenseo; (2) tristi seu tetrico sum vultu, *Il.* 24, 592. A σκύζω.

Σκύδνος, convitium, ira, tristitia, *V. L.*

Σκύζα, ης, ἡ, catulitio, libido et appetitus coeundi. A κύων. Hinc

Σκυζάω, ῶ, catulio, gannio; σκυζᾷ, gannit, *Gl. V.* (2) in Venerem pronus sum.

Σκύζω, f. ύσω, placide admurmuro, *Ph.* σκύζει, gannit; (2) ad iram concito, irrito; σκύζομαι, irritor, irascor. A κύων.

Σκύθα, *Scytha*, voc. sing. a Σκύθης, *Scytha.*

Σκύθαινα, ἡ, ancilla, *Suid. ex Ar.*

Σκύθης, ὁ, ferrum, *Steph.*

ΣΚΥ'ΘΗΣ, ϐ, ὁ, Scytha, qui est e Scythia; (2) homo ferus.

Σκύθομαι, succenseo. A præc.

Σκυθίζω, fut. ίσω, Scythas imitor; (2) Scythis faveo, Scythicarum partium sum; (3) ebrius sum; (4) Scythico more tondeo vel rado. Καὶ κρᾶτα, πλόκαμον τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ, *Eurip. El.* 241. Ab eod.

Σκυθικὸς, ἡ, ὸν, Scythicus. Hinc Σκυθικαὶ, αἱ, calceamenti genus. Ab eod.

Σκυθὶς, ίδος, ἡ, mulier e Scythia. Ab eod.

Σκυθιστὶ, *adv.* Scythice, lingua et more Scytharum. Ab eod.

Σκυθοπιεῖν, Scythico more potare. Ex πιεῖν.

Σκυθοτοξότης, ϐ, ὁ, sagittarius Scythicus; (2) qui in arte sagittandi Scythas imitatur.

Σκυθράζω, f. άσω, vultu sum tetrico et mœsto. Χ' ὢ μὲν σκυθράζει, *Eur. El.* 838. A σκυθρός. Unde

Σκύθραξ, ακος, ὁ, adolescens, puber.

Σκυθρὸς, ὰ, ὸν, idem quod σκυθρωπός.

Σκυθραστασμὸς, ϐ, ὁ, vultus tetricus et mœstus; supercilium tetricum. A

Σκυθρωπάζω, f. άσω, vultu tetrico et tristi sum; contristor, mœstus sum. Μὴ θαυμάζε εἴ τινες ἐσκυθρώπασαν ἀκϐσαντες τῶν ἀγγελλομένων, *Xen. Cyr.* 6, 16.

Σκυθρωπέω, ῶ, idem. A

Σκυθρωπὸς, ἡ, ὸν, tristem vultum gerens, austerus, vultuosus, morosus, difficilis. Dicitur etiam de rebus tristibus auditu, de sævitia pœnarum;

pœnarum; item de rebus quæ specie sua terrorem incutiunt, ut lictores, fasces, secures. Ex σκυθρὸς et ὤψ. Hinc

Σκυθρωπότης, ητος, ἡ, mœstitia, tristitia; tetrica et superciliosa facies.

Σκυθρωπῶς, *adv.* vultu tetrico et superciliis contractis.

Σκυλάδεψος, pro σκυλοδέψης, *Eust.*

Σκυλαία, ἡ, idem quod σκῦλον, *Hes.*

Σκύλακα, acc. sing. a σκύλαξ Unde

Σκυλάκαινα, ἡ, canicula.

Σκυλακεία, ας, ἡ, canum admissura; (2) catulorum educatio. A σκυλακεύω. Unde

Σκυλάκειον, catulinum, *Gl. V.*

Σκυλάκεσσι, *catulis*, dat. pl. *Ion.* pro σκύλαξι, a σκύλαξ.

Σκυλάκευμα, ατος, τὸ, catulus. Ab eod.

Σκυλακεύω, f. εύσω, canes admitto; (2) canes alo, catulos educo. A σκύλαξ.

Σκυλάκη, ἡ, idem quod σκύλαξ, *fœm.* Orph.

Σκυλακία, ἡ, catuli, catulorum nutritio.

Σκυλακινὸς, catulinus, *Gl. V.* A σκύλαξ

Σκυλάκιον, ου, τὸ, catellus. Dim. ab eod.

Σκυλακῖτις, ἡ, epith. Dianæ, quia est venatrix, &c. *Orph. H.* 35.

Σκυλακοτροφίη, ἡ, catulorum nutricatus. Εἰδείη τοι πάντη σκυλακοτροφίη μεμέληται, *Opp. Cyn.* 1, 435.

Σκυλακώδης, εος, ὁ ἡ ἡ, inverecundus, caninus. Τὸ σκυλακῶδες, mos catulorum, item infantium cunctis assiliendi et abblandiendi, *Xenoph. Cyri Instit.* 1, 4. A

Σκύλαξ, ακος, ὁ, catulus; (2) compedes.

Σκυλατικὸς, ἡ, ὸν, prædatorius; ἡ σκυλατικὴ, prædatrix, bellatrix; epith. Minervæ. A

Σκυλάω, ῶ, spolio. A σκῦλα.

Σκυλεία, ας, ἡ, spolia. A σκυλεύω.

Σκύλευμα, ατος, τὸ, spolium. Ab eod.

Σκυλεύσαντας, acc. pl. aor. 1. part. act. verbi σκυλεύω. Hinc

Σκυλευτὴς, οῦ, ὁ, spoliator, *Gl. V.* A

Σκυλεύω, f. εύσω, spolio, despolio. A σκῦλον.

Σκυλεύω, f. εύσω, spolio. A σκῦλον. (2) vexo, *Ph.* σκυλευθεὶς, vexatus, jactatus, *Gl. V.* aor. 1. part. pass. A σκῦλαι, vexare: a σκύλλω.

Σκυλῆναι, a. 2. inf. pass. verbi σκύλλω, *vexo.*

Σκυλήτρια, ας, ἡ, spoliatrix, prædatrix. A σκυλάω.

Σκύλια, ων, τὰ, caniculæ, *Pisces.* A σκύλαξ.

ΣΚΥ'ΛΛΩ, fatigo, vexo, jacto; σκύλλομαι, jactor, *Gl. V. in N.T.* etiam active, σκύλλεται, jactatur, *Ph.* σκυλεὶς, jactatus, fatigatus, *Ph.* a. 2. part. pass. σκυλήσονται, vexabuntur, *Ph.* f. 2. pass. Τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον; *Marc.* 5, 35.

Σκύλμα, ατος, τὸ, vexatio. A præc.

Σκυλμαίνω, fut. νῶ, irascor, succenseo. A præc.

Σκυλμανεῖς, *irasceris*, 2. sing. fut. 1. ind. act. verbi præc.

Σκυλμὸς, οῦ, ὁ, vexatio, fatigatio. Ab eod.

Σκυλοδέψης, *item* σκυλαδέψης, ου, ὁ, coriarius. Ab eod. et δέψω.

Σκῦλον, sive σκυλὸν, ου, τὸ, spolium, exuviæ.

Σκύλος, idem quod σκῦλον, *Nic.*

Σκυλοφόρος, ου, ὁ ἡ ἡ, qui spolia fert, exuvias ferens; (2) spoliator. E præc. et φέρω.

Σκυλοχαρὴς, ὲος, ὁ ἡ ἡ, spoliis seu exuviis gaudens. Ex eod. et χαίρω.

Σκυμνεύω, alo catulos vel catulum (de leæna).

Σκυμνίον, ου, τὸ, catulus.

Σκύμνος, ου, ὁ, catulus, *proprie* leonis, *Il.* 18, 319. Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν, *Aristoph. Ran.* 1462.

Σκυμνοτοκέω, ῶ, f. ήσω, catulos pario; (2) dicitur etiam de piscibus. A præc. et τίκτω.

Σκύμνως, *catulos*, acc. pl. *Dor.* pro σκύμνους, a σκύμνος.

ΣΚΥ'ΝΙΟΝ, ου, τὸ, summa palpebra, cilium.

Σκύπφος, pro σκύφος.

Σκύριον, ου, τὸ, herba, al. erythrodanum dicitur; τὰ σκύρα, *Nic. Th.* 72. A σκίρος.

Σκύρον, pro σκύριον, *Nic.* Ab eod.

Σκυρόω, ῶ, in lapidem verto; unde σκυρωθῆναι, a. 1. inf. pass. Ab eod.

Σκυρώδης, εος, ὁ ἡ ἡ, petrosus. Ab eod.

Σκυρωτὸς, ἡ, ὸν, idem. A σκυρόω.

Σκυτάλη, ης, ἡ, scutica, lorum; (2) fustis, clava; (3) apud Lacedæmonios genus secretæ epistolæ; etiam genus serpentis. A σκύτος.

Σκυταληφορέω, ῶ, clavam vel vectem fero, *Strab.* 15. A

Σκυταληφόρος, ου, ὁ ἡ ἡ, clavam gerens, scuticam, virgam, seu vectem ferens. Ex σκυτάλη et φέρω.

Σκυταλίας, ου, ὁ, σκυτάλῃ similis, teres, oblongus:

Σκυτάλιον, ου, τὸ, vectis, clava, fustis; (2) herba, Lat. etiam umbilicus Veneris. A σκυτάλη.

Σκυταλὶς, ίδος, ἡ, baculus, virga; (2) vectis; (3) parva scytala, adhibita in circuitione vigiliarum; (4) strigilis; (5) instrumentum ad ignem jaculandum. Ab eod.

Σκυταλισμὸς, οῦ, ὁ, fustuarium, qu. a σκυταλίζω.

Σκύταλον, ου, τὸ, clava, fustis. Ab eod. Hinc

Σκυταλόω, ῶ, fut. ώσω, fuste cædo. Hinc

Σκυταλωτὸς, virgatus.

Σκυτεῖον, ου, τὸ, sutrina, officina sutoris. A

Σκυτεὺς, έως, ὁ, cerdo, coriarius, sutor. Hinc

Σκυτεύω, f. εύσω, artem coriariam seu sutoriam factito, sum cerdo.

Σκυτίζω, lacero, dilanio, *Hes.*

Σκυτικὸς, ἡ, ὸν, coriaceus; (2) coriarius:

Σκύτινος, ίνη, ινον, e corio factus. A σκύτος.

Σκυτὶς, ίδος, ἡ, pellicula, parvum corium. Dim. ab eod.

Σκυτοβραχίων, ονος, ὁ ἡ ἡ, coriaceum brachium habens.

Σκυτοδεψέω, pelles mollio seu subigo, ut coriarii solent; (2) pelles tingo, *Ar. Pl.* 513.

Σκυτοδέψης, ου, ὁ, coriarius, cerdo, qui pelles subigit. Ex σκύτος et δέψω.

Σκυτόδεψος, ὁ, idem et ex iisd.

Σκυτοδεψικὸς, ἡ, ὸν, ad coriarium pertinens.

ΣΚΥ'ΤΟΣ, εος, τὸ, corium, pellis, flagrum, scutica.

Σκυτοτομέω, ῶ, f ήσω, artem sutoriam exerceo, incido coria. Ὁ μὲν αὐτῶν σκυτοτομεῖ καθήμενος, *Aristoph. Plut.* 162. A σκυτοτόμος.

Σκυτοτομία, ἡ, sutoria, coriaria. Ab eod.

Σκυτοτομικὸς, ἡ, ὸν, ad artem sutoriam, sive qui eam factitat, pertinens. Ab eod.

Σκυτοτόμιον, τὸ, sutrina. A

Σκυτοτόμος, ου, ὁ ἡ ἡ, qui coria scindit ad lora, calceos, et similia. *Gl. V.* sutor. Ex σκύτος et τέμνω.

Σκυτοτρωγέω, ῶ, corium arrodo. Ex eod. et τρώγω.

Σκυτοφάγος, ὁ, ἡ, corium devorans, corrodens.

Σκυτόω, ῶ, fut. ώσω, corio obduco. A σκύτος.

Σκυφίον, ου, τὸ, parvum poculum. Dim. a σκύφος.

Σκυφοειδὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, scyphi formam habens, scypho similis. Ex σκύφος et εἶδος.

ΣΚΥ'ΦΟΣ, ου, ὁ, vel εος, τὸ, scyphus, poculum majus.

Σκύφωμα, ατος, τὸ, idem, *Athen.*

Σκωλήκησις, εως, ἡ, vitium in rebus quæ corruptione vermiculantur. Quasi a σκωληκέω.

Σκωληκίασις, εως, ἡ, idem. A

Σκωληκιάω, ῶ, vermibus scateo, vermes genero, vermino, *Gl. V. Ph.* σκωληκιῶν, verminosus, *Gl. V.* part. A σκώληξ.

Σκωληκίζω, fut. ίσω, vermem refero, et σκωληκίζομαι, instar vermium moveor. Ab eod.

Σκωλήκιον, ου, τὸ, vermiculus. Dim. ab eod.

Σκωληκόβρωτος, ου, ὁ ἡ ἡ, a vermibus exesus seu erosus. *Gl. V* σκωληκόβρωτον, vermiculatum. Ex σκώληξ et βρώσκω.

Σκωληκοειδὴς, ὲος, ὁ ἡ ἡ, vermis speciem gerens, vermiculo similis. Ex σκώληξ et εἶδος.

Σκωληκοποιέω, vermem genero, in vermem converto, *Steph.*

Σκωληκοτοκέω, ῶ, fut. ήσω, vermes genero, seu procreo:

Σκωληκοτοκία, ας, ἡ, vermium procreatio vel generatio. A

Σκωληκοτόκος, ου, ὁ ἡ ἡ, vermes pariens, vermes generans. Ex σκώληξ et τίκτω.

Σκωληκοφάγος, ου, ὁ ἡ ἡ, vermibus vescens.

Σκωληκόω, ῶ, f. ώσω, vermibus infesto; σκωληκοῦμαι, vermiculor, vermibus scateo:

Σκωληκώδης, εος, ὁ ἡ ἡ, vermem imitans, vermi similis. A σκώληξ.

Σκωλήκωσις, εως, ἡ, idem quod σκωλήκησις.

ΣΚΩ'ΛΗΞ, ηκος, ὁ, vermis, lumbrix, *Gl. V.*

Σκωλοβάτης, ου, ὁ, verminulus frumento noxius, *Hes.* Ex σκῶλος et βαίνω.

Σκωλοβατίζω, claudus ligneo pedi innitor, gralla incedo. Ex iisd.

ΣΚΩ'ΛΟΝ, ου, τὸ, offendiculum, impedimentum in via occurrens; (2) lignum præacutum.

ΣΚΩ'ΛΟΣ, ου, ὁ, spinæ genus, quod in igne versatum validius evadit; (2) id. qu. pr.

Σκωλύπτομαι, volutor, obliquo tractu moveor, *V. L. ex Nic.*

Σκῶμμα, ατος, τὸ, cavillum, cavillatio, sales, dicterium. A σκώπτω.

Σκωμμάτιον, ου, τὸ, mordax dicteriolum, cavillum. Dim. a præc.

Σκ[illegible]υμα, τὸ, idem quod σκῶμμα, *Æsch.*

Σκώπτης, ου, ὁ, cavillator, derisor, dicax, scurra, scommata jactitans. A σκώπτω.

Σκωπτικὸς, ἡ, ὸν, qui scommatis dicteriisque mordacibus incessere solet, cavillis valens, mordax. *Gl. V.* dicaculus. Ab eod.

Σκωπτικῶς, *adv.* illudendi causa.

Σκωπτόλης, ου, ὁ, qui acerbis et mordacibus dictis perdit et qu. proscindit homines, cavillis et scommatis gaudens. Ex σκώπτης et ὄλλυμι, (sed ολης est terminatio, *Ern.*)

ΣΚΩ'ΠΤΩ, fut. ψω, cavillor, contumelioso gestu subsanno, dicteriis mordacibus irrideo. Οἱ παῖδες ἔσκωπτον αὐτὸν, *Xen.* Οὐδ' ἔσκωψε τοὺς φαλακροὺς, *Aristoph. Nub.* 540.

ΣΚΩ'Ρ, σκατὸς, τὸ, stercus, oletum, merda. Μεμαγμένον σκῶρ ἐσθίειν, *Aristoph. Plut.* 305.

Σκωραμὶς, ἡ, sella familiaris, *Ar.*

Σκωρία, ας, ἡ, scoria, fæx metalli; (2) retrimentum, stercus, excrementum. A σκῶρ.

Σκωριοειδὴς, ὲς, stercori similis. Ab εἶδος.

Σκωροειδὴς, pro σκωριοειδὴς, *V. L.*

Σκὼψ, σκωπὸς, ὁ, avis ex genere noctuarum, noctua, bubo. Ex σκία et ὤψ.

Σκῶψις, εως, ἡ, derisio quæ fit dictis mordacibus, cavillatio. A σκώπτω.

Σμαραγδίζω, f. ίσω, smaragdum colore refero.

Σμαράγδινος, ίνη, ινον, smaragdinus, e smaragdo factus.

Σμαράγδιον, τὸ, id. quod σμάραγδος.

Σμαραγδίτης, ου, ὁ, ut σμαραγδίτης λίθος, smaragdus. A

Σμάραγδος, ου, ὁ, ἡ, smaragdus, *gemma.* A μάραγδος.

ΣΜΑΡΑΓΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, resono, strepitum edo, strido. Σμαραγεῖ δέ τε πόντος, *Il.* 2, 210.

Σμαραγίζω, fut. ίσω, idem quod præc.

Σμαράσσω vide μαράσσω.

ΣΜΑΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, piscis quidam pusillus, smaris.

ΣΜΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, abstergo, detergo, purgo. Τὴν κεφαλὴν σμᾶται μοῦνον βασιλεὺς, *Herod.*

Σμερδαλέος, έα, έον, adspectu seu intuitu terribilis. Hinc σμερδαλέον vel σμερδαλέα, *adv.* horrendum in modum, horribiliter, terribiliter. A μέρδω, *intueor.*

Σμερδαλέως, *adv.* terribiliter, horrendum in modum, *Hom.*

Σμερδνὸς, ἡ, ὸν, idem quod σμερδαλέος.

Σμέω, idem quod σμάω.

Σμῆγμα, ατος, τὸ, smegma, quo utimur in abstergendo. *Gl. V.* lomentum, σμήγματα, lomenta, *Ph.* A σμήχω.

Σμηγματοπώλης, ου, ὁ, lomentarius. *Gl. V.* qui lomenta vendit.

Σμηγματώδης, εος, ὁ ἡ ἡ, smegmatis formam habens. Σμηγματώδεα σιτία, *Aret.* Σμηγματώδεις χυλοὶ, *Id.* A σμῆγμα.

Σμήκτης, ου, ὁ, pumicator, politor, *Ph.* A σμήχω.

Σμηκτικὸς, ἡ, ὸν, detersorius, abstergendi vim habens. Ab eod.

Σμηκτὶς, ίδος, ἡ, idem, *subst.* Ab eod.

Σμηκτρὶς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

Σμήλη,

Σμήλη, ης, ἡ, sapo, smegma, quo ad abstergendum utimur. A σμίω.

Σμῆγμα, ατος, τὸ, idem et ab eod.

Σμήνεσιν, *examinibus apum*, dat. pl. cum ν, a σμῆνος.

Σμηνίον, ου, τὸ, alveare, examen. Dim. a σμῆνος.

Σμηνοδόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui excipit apum examina. Ex σμῆνος et δέχομαι.

Σμηνοκόμος, ὁ, curator apum. A seq. et κομέω.

ΣΜΗ͂ΝΟΣ, εος, τὸ, examen apum; (2) alveare; *Met.* magna multitudo.

Σμηνουργεῖσθαι dicuntur apes, cum fœtificant et sua examina ponunt. A præc. et ἔργον.

Σμῆξις, εως, ἡ, detersio, abstersio. A σμήχω.

Σμῆριγξ, γγος, ἡ, crinis, capillus, *Lyc.*

Σμήχω, fut. ξω, abstergo, extergo, detergo, *Gl. V.* lomento, *Od.* 2, 226. A σμάω.

Σμικροκήρυξ, κος, ὁ, tenuis præco.

Σμικρολογέω, ῶ, usitatius σμικρολογέομαι vid. μικρολογέομαι, &c.

Σμικρολογία, ας, ἡ· vid. μικρολογία.

Σμικρολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ· vid. μικρολόγος.

Σμικρολόγως, *adv.* tenuiter, parce. A præc.

Σμικρομερής, έος, ὁ καὶ ἡ, pro μικρομερής.

Σμικροπρέπεια· vid. μικροπρέπεια.

Σμικροπρεπής· vid. μικροπρεπής.

Σμικρὸς, ρὰ, ρὸν, *Att.* pro μικρός.

Σμικρότατα, *superl. adv.* minime, *Aret.*

Σμικρόφθαλμος, ὁ καὶ ἡ, parvos oculos habens.

Σμικροφωνία, ας, ἡ, tenuitas vocis. A

Σμικρόφωνος, ὁ καὶ ἡ· vid. μικρόφωνος.

Σμικροφώνως, *adv.* tenui voce.

Σμικρύνω, minuo; pro μικρύνω.

ΣΜΙ΄ΛΑΞ, ακος, ἡ, taxus; (2) arbor a taxo diversa folium habens ilicis; (3) smilax, frutex hortensis, phaseolus; (4) convolvulus, herba quædam, *Plin. Angl.* BINDWEED.

Σμίλευμα, ατος, τὸ, segmen scalpro amputatum, ramentum; σμιλεύματα, minutiæ. Σμιλεύματά τ' ἔργων, *Aristoph. Ran.* 819. A

Σμιλεύω, fut. εύσω, scalpello amputo. A

ΣΜΙ΄ΛΗ, ης, ἡ, scalprum.

Σμιλίον, ου, τὸ, scalpellum. Dim. a σμίλη.

Σμίλλα, ἡ, ligo, *Steph.*

Σμῖλος, idem quod σμίλαξ, *Nic. Theophr.*

Σμίνθα, ας, ἡ, mus domesticus.

Σμινθεὺς, έως, ὁ, mintheus, cognomen Apollinis a confectis muribus Smintham urbem infestantibus. A σμίνθα.

Σμίνθος, ου, ὁ, idem quod σμίνθα.

ΣΜΙ͂ΝΟΣ, ου, ὁ, bidens, ligo, rastrum.

Σμινύη, ης, ἡ, idem; *Aristoph. Pace*, 546.

Σμίρις, ιδος, ἡ, idem quod σμύρις.

Σμυγεὶς, *exustus*, a. 2. part. pass. verbi σμύχω.

Σμυγερὸς, ρὰ, ρὸν, ærumnosus. A σμύχω, quia malis quasi atteritur.

Σμυγερῶς, *adv.* ærumnose. A præc.

Σμύξαι, aor. 1. inf. act. verbi σμύχω.

Σμύραινα, ης, ἡ, *Gl. V.* pro μύραινα.

ΣΜΥ΄ΡΙΣ, ιδος, ἡ, smyris, lapis, quo annularii et gemmarii utuntur ad expoliendas gemmas.

Σμυρίτης, ου, ὁ, ut σμυρίτης λίθος, smyrites lapis. A præc.

Σμύρνα, ης, ἡ, myrrha; (2) Smyrna, *urbs.* A μύῤῥα. Hinc

Σμυρνίζω, myrrha imbuo; ἐσμυρνισμένος, perf. pass. part. *Marc.* 15, 23.

Σμυρνῖον, τὸ, pro σμύρνιον, *Nic.*

Σμύρνινος, ίνη, ινον, myrrhinus. Ab eod.

Σμύρνιον, ου, τὸ, planta myrrham resipiens.

Σμυρνοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, myrrham ferens. *Gl. V.* oleastrum; oliva. A φέρω.

ΣΜΥ΄ΧΩ, f. ξω, *proprie* de igne latente sine flamma et paulatim rem consumente. Unde (2) attero, velut lenta tabe absumo, corrumpo; σμυγεὶς, exustus, aor. 2. part. pass. Ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ, *Mosch.* 6, 4. *Il.* 22, 411.

Σμώδιγξ, ιγγος, ἡ, vibex, livor ab ictu. A

ΣΜΩ΄ΔΙΞ, ικος, ἡ, idem. Σμῶδιξ δ' αἱματόεσσα μεταφρένου ἐξυπανέστη, *Il.* 2, 267.

ΣΜΩ΄ΧΩ, mando, -ere; manduco; (2) convicior, *Aristoph. Pace*, 1298.

Σοβαρεύομαι, fut. εύσομαι, insolenter et fastuose me infero, superbe incedo, cum impetu ruo. A σοβαρός.

Σοβαροβλέφαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui fastuoso et superbo est supercilio. A βλέφαρον.

Σοβαρὸς, ὰ, ὸν, severus, tetricus, durus. *Ph.* concitatus, fastuosus, impetuosus, de vento; magnificus. A σοβέω.

Σοβαρῶς, *adv.* superbe, fastuose, insolenter et superbe se inferendo; (2) concitate, violenter, magno impetu.

Σοβὰς, άδος, ἡ, quæ insolenter se affert; (2) citato gradu incedens; (3) saltatio ridicula A

ΣΟΒΕ΄Ω, abigo, expello; (2) insolenter incedo, σεσοβημένος, concitatus, perf. pass. part. Ἄγε νῦν ἐπειδὴ τουτονὶ σεσόβηκαμεν, *Aristoph. Ach.* 211. Πρὸς τὸ ἐνθουσιῶδες σοβηθεῖσα, *Heliod.* Ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγῳ καὶ σεσοβημένος, *Longin.* 41. Hinc

Σόβη, ης, ἡ, muscarium, cauda, *Gl. V.*

Σόβοι, οἱ, satyri, *Steph.* A σοβέω.

ΣΟ΄ΓΚΟΣ, et σόγχος, ου, ὁ, soncus, vel sonchus, cucurbita, lactuca leporina. Hinc

Σογκώδης, et σογχώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, sonco vel soncho similis.

Σοὶ, *tibi*, dat. sing. a σὺ, *tu.*

Σοίγε, idem, *Att.*

Σοῖο, *tui*, gen. sing. *Ion.* pro σοῦ, ab eod.

Σοῖσι, *tuis*, dat. pl. *Ion.* pro σοῖς· a σός.

Σολοικία, ας, ἡ, idem quod σολοικισμός.

Σολοικίζω, f. ίσω, refero solœcos in loquendo, non loquor more probato. A Σόλοικοι. Hinc

Σολοικισμὸς, οῦ, ὁ, solœcismus, vitium sermonis contra Syntaxin. *Metaph.* quidquid perperam fit, non recte aut ordine.

Σολοικιστὴς, οῦ, ὁ, qui in loquendo solœcismum admisit. Ab eod.

Σόλοικοι, ων, οἱ, Solœci, qui Solis, Ciliciæ urbe habitantes, Attica puritate relicta, linguam ex Attica et Soliça mixtam loquebantur; (2) barbari, barbare et vitiose loquentes. Hinc Σόλοικος, natura et moribus barbarus, ineptus, insulsus.

Σολοικοφανὴς, ὲς, solœcismi speciem habens, cum sit rectus. A φαίνομαι.

Σολοιτύπος, ὁ, faber ferrarius. A seq. et τύπτω.

ΣΟ΄ΛΟΣ, ου, ὁ, massa ferri solidi, *proprie*, atque adeo quævis massa bene compacta, solida; (2) discus lapideus, quo in exercitationibus utebantur, *Il.* 23, 826. A σίλω, *compingo.*

ΣΟΜΦΟ΄Σ, ἡ, ὸν, inanis, fungosus, spongiosus. Hinc

Σομφότης, ητος, ἡ, inanitas, fungositas.

Σομφώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem quod σομφός.

Σόοις, 2. sing. præs. opt. act. verbi σόω.

Σόομαι, moveor; hinc σοῦσθε, movemini, facessite; σούσθω, currat, imper. A σείω.

ΣΟ΄ΟΣ, salvus, incolumis, sospes, integer, perfectus; (2) salutaris.

Σόος, *contr.* σοῦς, σοῦ, ὁ, motus corporum, quæ sursum feruntur. A σείω, *moveo.*

Σοόω, persequor, in fugam conjicio.

Σοραΐσμος, ὁ, coacervatio ac miscella quædam ex variis idiomatibus, *V. L.*

Σορέλλην, ὁ, capularis senex, *Eust. Hes.*

Σορεύω, cadavera in loculo condo. A σορός.

Σορηδὸν, *adv.* modo loculi seu busti. Ab eod.

Σοροβλέφαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, magnis et adductis superciliis; (2) superciliosus, superbus. Ex σορὸς et βλέφαρον.

Σοροδαίμων, ονος, ὁ, dæmon capularis, larva bustuaria seu sepulchralis; (2) senex capularis et morti vicinus. Ex eod. et δαίμων.

Σοροεργὸς, (*Man.*) idem quod σοροποιός.

Σοροπηγὸς, οῦ, ὁ, qui loculos compingit, sandapilarum fabricator. Ex σορὸς et πήγνυμι.

Σορόπληκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qu. dic. a loculo percussus, i. e. loculo mox includendus, senex capularis. Ex eod. et πλήσσω.

Σοροπλὴξ, ῆγος, ὁ καὶ ἡ, idem et ex iisd.

Σοροποιὸς, qui sandapilas conficit, idem quod σοροπηγός.

ΣΟΡΟ΄Σ, οῦ, ὁ, loculus, conditorium, capulum, *Gl. V.* arca funebris, *Il.* 23, 91.

Σὸς, σὴ, σὸν, tuus, tua, tuum. A σύ.

Σοῦ, *tui*, gen. sing. a σὺ, *tu*, vel *serva*, 2. sing. præs. imperat. med. *contr.* pro σόου, a σόω.

Σουβλίζω, subula transfigo seu perforo, *Steph.*

Σοῦβος, ὁ, animalis nomen, *Opp.*

ΣΟΥ͂ΒΟΣ, ου, ὁ, animal terrestre marinis infestum.

Σουδάριον, ου, τὸ, sudarium. *Vox Lat.*

Σούσθω, *servet, servato*, 3. sing. præs. imperat. med. *contr.* pro σοέσθω, a σόω vel *vadat*, 3. sing. perf. imperat. pass. *Ion.* pro σεσύσθω, a σόω, *vado.* Σοῦσθε, properate. Σοῦσθέ νυν, ὦ ξένοι, σοῦσθ' πελασγιάδες, *Call.* Οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; οὐκ ἄπιτε; *Aristoph. Vesp.* 457.

Σοῦσις, εως, ἡ, itio, cursus. A σόω.

Σούσινος, ίνη, ινον, ex liliis confectus.

ΣΟΥ͂ΣΟΝ, τὸ, lilium. *Vox Phœn.*

Σοφία, ας, ἡ, sapientia; i. e. intellectus et scientia circa eas res quæ præstantissimæ natura sunt, hoc est, quæ necessariæ sunt, et semper eodem modo se habent, secundum *Aristotelem.* Ἐν σοφίᾳ, sapienter. Σοφίᾳ γὰρ ἔκ του κλεινὸν ἔπος πέφανται, *Soph. Antig.* 620. A σόφος.

Σοφιζομένῳ, dat. sing. part. præs. pass. verbi

Σοφίζω, fut. ίσω, sapientem reddo, doceo sapientiam. *Gl. V.* sapientiam præsto; σοφίζομαι, sapientiam doceor, seu disco; *med.* argute aliquid comminiscor vel conficio, artem in aliqua re expromo, de oratoribus et poetis; (2) dolose et fraudulenter dico. *Gl. V.* cavillor; (3) comminiscor, *Ph.* Χαρίεντα γ' ὦ πρεσβῦτ', ἐσοφίσω, καὶ σοφά, *Aristoph. Av.* 1407. Οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσιν, *Eur. Bac.* 200. A σόφος.

Σοφίσαι, a. 1. inf. act.

Σόφισμα, ατος, τὸ, inventum quodcunque, etiam in bonam partem; sed maxime inventum callidum, consilium aut facinus astutum; *Ph.* commentum. A σοφίζω. Hinc

Σοφισματικὸς, ἡ, ὸν, captiosus, dolosus, cavillationum peritus; (2) cavillatorius.

Σοφισμάτιον, τὸ, Dim. a σόφισμα.

Σοφισμὸς, οῦ, ὁ, callida nimis et coacta interpretatio. A σοφίζω.

Σοφιστεία, ας, ἡ, ars sophistica, inanis sapientia; idem quod σόφισμα. *Gl. V.* argutia; (2) species vel imitatio sapientiæ. A σοφιστεύω.

Σοφιστέον, solerter excogitandum et tentandum est, *Aristot.*

Σοφιστεύω, f. εύσω, artem dicendi doceo et profiteor; (2) philosophor; (3) argutor; *Ph.* σοφιστεύω, profiteor. *Gl. V.* σοφιστεύομαι, argutor. Οὐδὲ ἐσοφίστευεν ἔτι τὸν ἔρωτα, texit, *Heliod.* A σοφιστής.

Σοφιστήριον, ου, τὸ, schola, *inpr.* rhetoris; (2) commentum. Ab eod.

Σοφιστὴς, οῦ, ὁ, Sophista, doctus et peritus artifex, *inpr.* in dicendo; unde Orator, et quidem in bonam partem; (2) doctus et sapiens; (3) qui tantum ostentationis causa philosophatur, vel dicit, orationes scribit; (4) deceptor, veterator, qui verbis dolosis circumvenit. A σοφίζω.

Σοφιστία, ἡ, pro σοφιστεία, *Steph.*

Σοφιστιάω, ῶ, argutor, sophistam ago, Sophistarum in modum magnificis me verbis ostento. Σοφιστιᾷς κάκιστε, *Eubulides apud Athen.* 10, 10. A præc.

Σοφιστικὸς, ἡ, ὸν, captiosus, cavillatorius; (2) sophistis proprius, conveniens. Ab eod.

Σοφιστικῶς, *adv.* sophistice, more Sophistarum, captiose, callide, fraudulenter.

Σοφιστομανέω, ῶ, fut. ήσω, insano Sophistarum amore flagro, nimis studiosus sectator Sophistarum sum. Ex σοφιστὴς et μαίνομαι.

Σοφίστρια, ας, ἡ, magistra Sophistices, deceptrix. A σοφιστής.

Σοφοδότις, ἡ, largitrix sapientiæ.

Σοφόδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, sapientiam, sapienter fabrefacta, donans. A δῶρον.

Σοφοκλεῖς· vid. *Steph. Erasm. Adag. Plin. Ep.* 1, 14.

Σοφόνοος, *contr.* σοφόνους, ου, ὁ καὶ ἡ, sapienti mente præditus, sapiens.

Σοφοποιέω,

Σοφοποιέω, ῶ, f. ήσω, sapientem reddo. Hinc
Σοφοποίησις, εως, ἡ, institutio ad sapientiam.
Σοφοποιὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, sapientem reddens.
ΣΟΦΟ'Σ, ἡ, ὸν, sapiens; (2) peritus alicujus rei vel artis; (3) prudens, callidus, eruditus. Hinc
Σοφόω, ῶ, sapientem reddo, doceo.
Σοφῶς, adv. sapienter, docte, apte, ingeniose, scite, argute, perite, callide. Ab eod.
Σόω, moveo, incito; (2) eripio, sc. e periculo; unde servo; σόωσι, 3. pl. subj. pro σώζωσι, Il. 9, 393. (3) in fugam conjicio, fugo; et σόομαι, in fugam vertor, fugio, incitato cursu feror, curro. (3) σȣ̃σθε νυν, ὦ ξανθαὶ, σȣ̃σθε Πελασγιάδες, properate, Callim. Lava. Pallad. 4. 'Αλλ' ἄγε πᾶς φίλος ὅςις ἀνὴρ φησὶ παρεῖναι, σȣ́σθω, βάτω, Soph. Aj. 1413. A σόος vel σείω.
Σωναύτης, ȣ, ὁ, servator nautarum.
Σπαδίζω, pro σπάω, Herod.
Σπαδίζω, fut. ίσω, vel ίξω, avello, detraho. A σπάω, traho.
Σπάδιξ, ικος, ἡ, termes, palmes, ramus palmæ, seu avulsus e palma termes; (2) cortex radicis iligneæ; (3) instrumentum musicum; (4) est et epith. equorum et canum, ob colorem puniceum. Ab eod.
Σπαδόνισμα, ατος, τὸ, evulsio; (2) penis pendens, ut spadonis scilicet. Hinc σπαδονίσματα μαςῶν, mammæ pendentes, flaccidæ, Anal. Brunckii, 1, 22.
Σπάδων, ωνος, vel οντος, ὁ, spado, eunuchus, cui testiculi sunt avulsi; (2) vulsura, spasmus, convulsio; Nic. Al. 317. A σπάω. Hinc
Σπαδωνίζω, f. ίσω, proprie revello, evello; (2) castro, spadonem efficio. Σπαδωνίζει τὸν ἦχον, castrat vocem, emittit vocem quasi castratam, id est, exilem, Dionys. Halic. de Structura Orat. 14.
Σπαδώνισμα, et σπαδόνισμα, τὸ, evulsio, laceratio.
Σπαδωνισμὸς, ȣ̃, ὁ, castratio. A præc.
Σπάζω, fut. άσω, divello, traho; (2) haurio. 'Εσπάζε τȣ̃ ὕδατος, Philostr. A σπάω.
Σπαθαλάω, ῶ, prodigo; rectius usitat. σπαταλάω, Ern. A σπαθάω.
Σπαθάλιον, ȣ, τὸ, spathula, ramus palmæ, palmes. Dim. a σπάθη.
Σπαθάω, ῶ, f. ήσω, licium inculco spatha, vel tudicula, texo; (2) profuse insumo, prodigo; dilapido, luxurior. Ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς, Aristoph. Nub. 55. A
ΣΠΑ'ΘΗ, ης, ἡ, spatha, spathula, rudes vel rudis, rudicula, radius textoris, virga, gladius, Gl. V. item costa, Gl. V. σπάθαι, costæ, Ph. item palma, vel ramus palmæ.
Σπάθημα, ατος, τὸ, densitas telæ spatha arctatæ et densatæ, aut tela sic laborata. A σπαθάω.
Σπαθήρος, et σπαθίερος, animal ex crasso in caudam abiens tenuem, Æsch.
Σπάθησις, εως, ἡ, telæ densatio, cum haud parce licium inculcatur; (2) prodiga erogatio, profusio. A σπαθάω.
Σπαθητὸς, ἡ, ὸν, densatus, cui licium large inculcatum. Ab eod.
Σπαθίζω, f. ίσω, spathula agito; (2) spathula aliquid alicunde exemptum illino, ungo. A σπάθη.
Σπάθιον, ȣ, τὸ, spathula, culter chirurgicus, scalpellum; (2) specillum. Dim. ab eod.
Σπαθὶς, ἡ, densa vestis, Hes.
Σπάθισμα, ατος, τὸ, (a σπαθίζω,) idem quod
Σπαθισμὸς, ȣ̃, ὁ, percussio, quæ fit gladio.
Σπαθίτης, ȣ, ὁ, palmeus. A σπάθη.
Σπαθομήλη, ης, ἡ, specillum latum spathæ speciem habens. Ab eod. et μήλη.
Σπαθοποιὸς, ȣ̃, ὁ, gladiarius, Gl. V. qui spathas et gladios facit. Ex σπάθη et ποιέω.
Σπαθοφοίνικον, ȣ, τὸ, spatha palmæ, i. e. fructus palmæ adhuc florentis involucrum. Ex eod. et φοῖνιξ.
Σπαθόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cujus folia spathæ similia sunt. Ex eod. et φύλλον.
ΣΠΑΙ'ΡΩ, palpito, vibro, tremo; (2) spiro sive exspiro animam, more animalium, palpitando animam efflantium. Ὁ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας, Epigr.
Σπαλαχία, ας, ἡ, cæcitas, qualis est talparum. A
Σπάλαξ, ακος, ὁ, talpa. A σπάω, quoniam terram semper unguibus vellicat.
Σπαλεὶς, missus, aor. 2. part. pass. Æol. pro σαλεὶς, a σέλλω.
Σπαλὶς, ἡ, novacula, item pro ψαλὶς, V. L.
Σπαλίωνες, οἱ, plutei, seu musculi bellici, V. L.
Σπαναχὸν, τὸ, oleris quoddam genus, V. L.
Σπανανδρία, ας, ἡ, paucitas seu raritas hominum. Ex σπάνις et ἀνὴρ.
Σπάνη, ἡ, idem quod
Σπανία, ας, ἡ, paucitas, raritas, penuria; (2) Hispania. A σπάνις.
Σπανιάκις, adv. raro, Gl. V. A σπάνιος.
Σπανίζω, fut. ίσω, penuria laboro; (2) rarus sum. Δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων; Eur. Med. 960. Σπανίζοντες βίȣ, Supp. 240. A σπάνις.
Σπάνιος, ία, ιον, rarus; (2) pretiosus, nam quæ rara sunt, pretiosa sunt. (2) νίκην ἀρίςην τε καὶ σπάνιον ἐξενεγκάμενος, Appian. Bell. Annibal. 26. Ab eod. Hinc
Σπανιότης, ητος, ἡ, paucitas, penuria.
Σπάνις, εως, ἡ, penuria, inopia.
Σπανισθῆναι, privatum esse, aor. 1. inf. pass. v. σπανίζω.
Σπανιςὸς, ἡ, ὸν, cujus inopia seu penuria est; (2) inops. A σπανίζω.
Σπανίως, adv. raro. A σπάνιος.
ΣΠΑΝΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, rarus.
Σπανοπώγων, ωνος, ὁ, cui rara est barba.
Σπανοσιτία, ας, ἡ, annonæ penuria. A
Σπανόσιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, annonæ penuria laborans.
Σπανόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, rara habens folia.
Σπάνυδρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui raræ sunt aquæ, aquæ penuria laborans. Ex ὕδωρ.
ΣΠΑ'Ξ, σπακὸς, ὁ ϗ ἡ, canis; Vox Pers.
Σπάραγμα, ατος, τὸ, frustum rei dilaceratæ seu discerptæ; (2) laceratio, convulsio. (2) σπάραγμα κόμας θήσομαι, Eurip. Andr. 827. A σπαράσσω.
Σπαραγματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lacer, discerptus, pannis obsitus. A præc.
Σπαραγμὸς, ȣ̃, ὁ, laceratio, convulsio; (2) perturbatio, distractio. A σπαράσσω. Hinc
Σπαραγμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui convulsione tentatur.
Σπαράκτης, ȣ, ὁ, lacerator.
Σπάραξις, εως, ἡ, laceratio, carptus. A
ΣΠΑΡΑ'ΣΣΩ, vel σπαράττω, fut. ξω, lacero, dilacero, dilanio, carpo, vellico; ἐσπαραγμένος, carptus, Ph. dilaceratus, p. pass. part. Ὑμεῖς τȣ̃τον ὥσπερ κυνίδι' ἐσπαράττετε, Aristoph. Pace, 639.
Σπαργανάω, idem quod
Σπαργανίζω, f. ίσω, fasciis involvo. A σπάργανον.
Σπαργάνιον, ȣ, τὸ, fasciola; (2) herba quædam. Dim. ab eod.
Σπαργανίσασα, fasciis involuta, a. 1. part. act. f. g. verbi σπαργανίζω.
Σπαργανιώτης, ȣ, ὁ, fasciatus, fasciis involutus. A σπαργάνιον.
ΣΠΑ'ΡΓΑΝΟΝ, ȣ, τὸ, fascia qua infans involvitur; σπάργανα, cunabula, Ph.
Σπαργανόω, ῶ, f. ώσω, fasciis involvo, fascio; (2) involvo; σπαργανȣ̃σθαι, fasciari, Gl. V. ἐσπαργανωμένος, fasciis involutus, perf. pass. part. Ἡμεῖς ἐν ὀρφνῇ σπαργανώσαντες πέπλοις, Eur. Ion. 989. Ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, Luc. 2, 7. A σπάργανον. Hinc
Σπαργάνωμα, ατος, τὸ, id quo aliquid involvitur, velut fascia; involucrum, fasciæ usum præbens.
Σπαργάνωσις, εως, ἡ, fasciatio, involutio in fascias; (2) tumor mamillarum a partu recente. Ab eod.
ΣΠΑΡΓΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, tumeo et distentus sum, de uberibus ita distentis, ut lac stillet, de arboribus succo turgentibus; (2) de vehementiori cupiditate; (3) de libidine Venerea. Σπαργῶντας μοὶ τȣ̀ς μαςȣ̀ς χάλασον, Eur. Cyc. 55. Δι' εὐτυχίαν ἐπηρμένῳ ϗ σπαργῶντι τῷ δήμῳ χαλινὸν ἐμβαλεῖν, Plut. M. Hinc
Σπαργὴ, ῆς, ἡ, libido, proprie exonerandi lac mamillas distendens, seu ipse tumor e copia nimia, pro σπάργησις, Ern.
Σπάργω, fut. ξω, inus. idem quod σπαργανόω, Hom.
Σπάργωσις, ἡ, pro σπαργάνωσις, Diosc.
Σπαρεὶς, satus, aor. 2. part. pass. verbi σπείρω.
Σπαρίζω, palpito, R. A σπαίρω.
Σπαρίχνιον, corbis, sportula, Poll.
Σπαρνοπόλιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cujus per tempora rari sparsi sunt cani. Ex σπαρνὸς et πόλιος.
Σπαρνὸς, ἡ, ὸν, rarus, paucus, infrequens. Σπαρνὸν γὰρ ὅτ' Ἄρτεμις ἄςυ κάτεισιν, Call. in Dian. 19. A σπανὸς.
Σπάρος, pusillus quidam piscis, Ep.
Σπάρτη, ης, ἡ, funis sparteus, restis spartea; (2) funiculus fabrorum, quo rubrica vel alio colore tincto lineam in ligno vel lapide signant, quam in poliendo sequantur.
Σπαρτίνα, ης, ἡ, funiculus sparteus. A
Σπάρτινος, ίνη, ινον, sparteus, ex sparto confectus. A σπάρτον.
Σπάρτιον, vel σπαρτίον, ȣ, τὸ, funiculus sparteus, restis, funiculus. Dim. a σπάρτη.
Σπαρτόδετος, spartaceus. Σπαρτόδετον μήρινθον, Oppian. Cyneget. 1, 156. Σπαρτόδετον τανύȣσι περίδρομον, Id. Ibid. 4, 415.
Σπάρτον, ȣ, τὸ, spartum, vitile; (2) funis sparteus. Σπάρτα λέλυνται, Il. 2, 135. Non rudentes, sed funiculi vel lora quibus naves consuebantur, Salmasius.
Σπαρτοπλόκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui spartum seu restes e sparto plectit, restio. Ex πλέκω.
Σπαρτοπόλιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, semicanus, cui sparsi per tempora sunt cani. Gl. V. incanus.
Σπαρτοπώλης, ȣ, ὁ, qui spartum seu utensilia sparta vendit. Ex σπάρτον et πώλης.
Σπαρτὸς, ἡ, ὸν, seminatus, sparsus; (2) satu editus. Σπαρτοὶ, Thebani, (utpote orti e draconis dentibus seminatis quem Cadmus interfecit,) Soph. Œd. Col. 1534. Ἀργείȣς ἐπιπνεύσας Σπάρτων γένναν, Eurip. Phœn. 801. Ab eod. et σπείρω.
Σπάρτος, ὁ, idem quod σπάρτον, Poll.
Σπαρτοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, sparti ferax. A φέρω.
Σπασάμενοι, qui traxerunt, nom. pl. aor. 1. part. med. verbi σπάω.
Σπάσε, traxit, 3. sing. aor. 1. ind. act. Ion. pro ἔσπασε, a verbo eod.
Σπάσις, εως, ἡ, tractus, attractus, suctus; (2) convulsio, divulsio. A σπάω.
Σπάσμα, ατος, τὸ, acies nuda gladii; (2) id quod in corpore animalis convulsum est. Gl. V. ruptum; convulsio; σπάσμα θαλάσσης, maris æstus, Appian. Bell. Civ. 5, 89. Ab eod.
Σπασμάτιον, ȣ, τὸ, levis convulsio, distensio. Dim. a σπάσμα.
Σπασματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, convulsionis speciem gerens, convulsivus. Ab eod.
Σπασμὸς, ȣ̃, ὁ, extractio, eductio; (2) convulsio in corpore humano; σπασμὸς θαλάσσης, æstus maris. A σπάω. Hinc
Σπασμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, convulsivus.
Σπαςικὸς, ἡ, ὸν, trahendi, attrahendi, seu extrahendi vim habens; (2) convulsioni obnoxius. A σπάω.
ΣΠΑ'ΤΑΓΓΟΣ, ȣ, ὁ, spatangus, echinorum species; item σπατάγγη, vel σπαταγγή.
Σπαταλάω, ῶ, f. ήσω, lascivio, delicior, vitam voluptariam dego. Ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε, 1 Tim. 5, 6. A
Σπατάλη, ης, ἡ, deliciæ, lautitiæ. Gl. V. lascivia, deliciæ. A σπαθάω.
Σπατάλημα, ατος, τὸ, luxus, deliciæ. A σπαταλάω.
Σπάταλος, delicatus, Ph. A σπατάλη.
Σπάτειος, εία, ειον, pelliceus, e pellibus factus, Hes. A σπάτος.
Σπατίλη, ης, ἡ, coriorum resegmina; (2) stercus humanum humidum, liquida alvi egestio. Ab eod.
ΣΠΑ'ΤΟΣ, εος, τὸ, corium, pellis, Hes.

ΣΠΑ'Ω,

ΣΠΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, traho, attraho, extraho, educo, vello, convello, divello, sugo, bibo: σπᾶται ξίφος, stringit gladium, *Gl. V.* Ἔτι μοι φάσγανον σπάσας χερὶ, *Eur. Iph. in T.* 323. Αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν, *Aristoph. Thesm.* 935. Σπάομαι, convellor, dolore convellor. Ἐσπᾶτο γὰρ πέδονδε καὶ μετάρσιος, *Soph. Trach.* 786.

Σπεῖο, *sequere*, 2. sing. præs. imperat. med. *Ion.* et *per Ectas.* pro σπέο, quod *Ion.* dicitur pro σποῦ, a verbo poetico σπέω, pro ἕπομαι.

ΣΠΕΙ'ΡΑ, vel σπεῖρα, ας, ἡ, spira, linea flexuosa orbes faciens in se non redeuntes, funis in orbem convolutus, funis nauticus; (2) cohors, globus militum.

Σπεῖραι, a 1. inf. act. verbi σπείρω, *semino.*

Σπειραία, ας, ἡ, spiræa, frutex lentus et vitilis, qui in spiram contorqueri potest. *Angl.* MOCK-WILLOW. A σπειράω.

Σπείραμα, ατος, τὸ, spira serpentum; (2) multitudo. A σπειράω.

Σπειραχθὴς, έος, ὁ ᾗ ἡ, cui spira, sc. caudæ, est gravis et ponderosa. Ab ἄχθος.

Σπειράω, ῶ, in spiram contraho seu colligo. A σπεῖρα.

Σπειρηδὸν, *adv.* in modum spiræ vel in orbem; (2) per cohortes. Ab eod.

Σπείρημα, ατος, τὸ, idem quod σπείραμα· (2) semen, pro σπέρμα. Ab eod.

Σπειρίον, ου, τὸ, vestimentum tenue. A

Σπεῖρον, ου, τὸ, fascia; (2) vestis lacera et mendicis propria; σπεῖρα, panni; (3) velum navis; (4) funis nauticus in orbem convolutus. *Od.* 5, 28. Ab eod.

Σπείροντι, dat. sing. part. præs. verbi σπείρω.

Σπειροπώλης, ου, ὁ, qui tritas et veteres vestes vendit; (2) venditor vestium.

Σπειροπῶλις ἀγορὰ, vestiarium forum, *Poll.*

Σπειρόω, ῶ, fut. ώσω, fasciis involvo; (2) in spiram colligo. Ab eod.

Σπεῖρος, τὸ, idem quod σπέρμα, *Nic.*

ΣΠΕΙ'ΡΩ, f. ερῶ, sero, semino; (2) dissemino, spargo; (3) liberos procreo; σπαρεὶς, satus, *Gl. V.* σπαρὲν, satum, *Ph.* aor. 2. part. pass. ἐσπαρμένος, satus, *Gl. V.* perf. pass. part. Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα, *Eur. Ph.* 22. Τόξα τ' ἔσπαρται πέδῳ, *Eur. Herc. Fur.* 1102.

Σπειρώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, spiræ similis, orbem spiris suis faciens. A σπεῖρα.

Σπεῖσαι, *libasse*, aor. 1. inf. act. verbi σπένδω pro σπεῖδω.

Σπείσαντο, *libaverunt*, 3. pl. aor. 1. ind. med. *Ion.* pro ἐσπείσαντο, e verbo eod.

Σπείσασκε, *libavit*, 3. sing. aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔσπεισε, a verbo eod.

Σπεῖσις, εως, ἡ, libatio. A σπένδω.

Σπείσω, *libabo*, f. 1. ind. act. verbi σπένδω.

Σπεκλόω, ῶ, implico, *R.* σπλεκοῦν, coire. A πλέκω.

Σπεκουλάτωρ, ορος, ὁ, speculator. *Vox Lat.*

ΣΠΕ'ΛΕΘΟΣ, ου, ὁ, stercus, merda, fimus, excrementum.

Σπέλληξ, vel σπίλληξ, vestis fœminæ, *Ern.*

Σπενδαυλέω, inter libandum et sacrificandum cano tibia. Ex σπένδω et αὐλέω.

Σπενδεῖον, ου, τὸ, vas libaminibus dicatum; *ex Athenæo*, pro σπονδεῖον. A σπένδω.

Σπένδεσκε, *libabat*, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔσπενδε. Ab eod. verbo.

Σπενδόμενοι, nom. plur. præs. part. med. vel pass. Ab eod. verbo.

Σπενδοποιέω, *Athen.* pro σπονδοποιέω.

ΣΠΕ'ΝΔΩ, f. σπείσω, guttatim defundo; (2) libo, *i. e.* vino, lacte, aut simili liquore Diis sacrifico; σπένδω et σπένδομαι, paciscor, fœdus ineo, fœdus libatione facio; σπένδομαι, mactor, immolor, sacrificor; σπεῖσον, liba, *Ph.* aor. 1. imperat. ἐσπεισμένα, pacta et fœderata, perf. pass. part. σπένδεσκον, libabam, libabant, imperf. *Ion.* pro ἔσπενδον. Θεοῖς ἐσπεισάμην σπονδὰς, *Eur. Alc.* 1003. Σπείσομαι τὸ σοὶ φίλιον αἷμα πάμόν, *Heliod.* Σπονδὴν λαβὲ δὴ, ᾗ σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος, *Aristoph. Eq.* 106. Σπένδομαι δὲ συμφοραῖς, Μινύλαι, καὶ σοὶς, Λοξία, θεσπίσμασιν, redeo ingratiam cum fortunis. *Eurip. Or.* 1680.

ΣΠΕΌΜΑΙ, sequor, pro ἕπομαι, *Od.* 22, 324.

ΣΠΕ'ΟΣ, εος, τὸ, specus, spelunca.

Σπέραδος, εος, τὸ, semen, *Nic.* A σπείρω.

Σπερχνὸν, *adv.* valide. A σπέρχω.

Σπέρμα, ατος, τὸ, semen, seminarium, seminium, *Gl. V. in SS.* genus, posteri, filius; σπέρματα, grana frugum, legumina. A σπείρω.

Σπερμαίνω, sero, semino; (2) liberos procreo, *Hesiod. Op.* 734. A σπέρμα. Unde

Σπερματίας σικυὸς, cucumeris species.

Σπερματίζω, fut. ίσω, semento, semino.

Σπερματικὸς, ἡ, ὸν, seminalis, genitalis.

Σπερματικῶς, *adv.* per semen, serendo; (2) σπερματικῶς λέγειν, elementa tradere.

Σπερμάτιον, ου, τὸ, parvum seu exile semen. Dim. σπερμάτια, τὰ, grana frugum.

Σπερματὶς, ίδος, ἡ, seminaria.

Σπερματισμὸς, οῦ, ὁ, seminis emissio. A σπερματίζω.

Σπερματολόγος, ου, ὁ ᾗ ἡ· vide σπερμολόγος.

Σπερματοπώλης, ου, ὁ, seminum venditor.

Σπερματοφάγος, ου, ὁ ᾗ ἡ, qu. dic. seminivorus, qui e seminibus alitur.

Σπερματοφυέω, ῶ, semen fero, semento. A φύω.

Σπερματόω, ῶ, fut. ώσω, semino. A σπέρμα.

Σπερματώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, seminalis. Ab eod.

Σπερμάτωσις, ἡ, satio. A σπερματόω.

Σπερμεῖον, idem quod σπέρμα, *Nic.*

Σπερμεὺς, ὁ, ἡ, sator, epith. Apoll. et Cer. A σπέρμα.

Σπερμοβολέω, semen jacio. Ex βολή.

Σπερμογονέω, ῶ, semen pario. A

Σπερμογόνος, ου, ὁ, ἡ, semen pariens, fœcundans. A γίνομαι.

Σπερμολογέω, ῶ, f. ήσω, semen lego, de animalibus semen ad pastum legentibus; (2) nugor, blatero, deblatero; *item* scurror, scurram ago.

Σπερμολογία, ας, ἡ, vaniloquentia. A præc.

Σπερμολογικὸς, ἡ, ὸν, nugatorius. A

Σπερμολόγος, ου, ὁ ᾗ ἡ, qui semina colligit, ut aves; (2) homo vilis, qui in foro semina e saccis profusa instar avium semen legentium colligit, et inde victum sibi parat; (3) garrulus, nugator. *Gl. V.* loquax. A λέγω.

Σπερμονόμος, ὁ, qui semina depascitur, nomen avis, idem cum σπερμολόγος, *Eust.*

Σπερμοφορέω, ῶ, f. ήσω, semen fero, semento. A

Σπερμοφόρος, ου, ὁ ᾗ ἡ, semen ferens; (2) fructum ferens. A φέρω.

Σπερμοφυέω, ῶ, fut. ήσω· vide σπερματοφυέω.

Σπερμοφυὴς, έος, ὁ ᾗ ἡ, semine erumpens vel nascens. Ex σπ. et φύω.

Σπερὸς, curvus, *V. L.*

Σπερχθέντες, *irritati*, nom. pl. aor. 1. part. pass. verbi σπέρχω.

Σπερχνὸς, ἡ, ὸν, pro σπερχνὸς, celer, festinus; (2) cum impetu irruens; (3) vehemens, urgens; (4) adsiduus. A

Σπέρχνω, pro σπέρχω, *Erot.*

ΣΠΕ'ΡΧΩ, f. ξω, vehementer cupio seu appeto; (2) urgeo, premo, propello et festinare cogo; (3) festino, propero; et σπέρχομαι, fugor, ira concitor, irascor, succenseo; σπερχθεὶς, iratus, concitatus, a. 1. pass part. Νῆα κυβερνῆσαι ὁπότε σπέρχοιεν ἄελλαι. *Od.* 283. Σπερχόμενος δ' ἀπὸ τοῖιν ἐσύλα τεύχεα καλὰ, *Il.* 11, 110.

Σπερῶ, *seminabo*, f. 1. ind. act. verbi σπείρω.

Σπὲς, *dic*, 2. sing. a. 2. imperat. act. *per Parogog.* pro σπὲ, a σπέω, vel σπῶ, *dico.*

Σπέσθαι, *sequi*, præs. inf. med. verbi poetici σπέομαι pro ἕπομαι.

Σπέτε, *dicite*, 2. pl. a. 2. imperat. act. v. σπέω.

Σπευδάζω, fut. άσω, festinare cogo, incito, impello, instigo. A σπεύδω.

Σπεύδει, *festinet*, 3. sing. præs. opt. act. et

Σπεύδωντι, *festinant*, 3. pl. *Dor.* pro σπεύδουσι. A

ΣΠΕΥ'ΔΩ, f. εύσω, studeo, valde cupio; (2) festino, propero; σπεῦσον, festina, *Gl. Vet.* σπεύσατε, maturate, *Ph.* aor. 1. imperat. Διὰ κακὰ σπεύδεις, acceleras, *Eur. Ph.* 583. Ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε, *Xen.*

Σπεύδωμες, properemus, 1. plur. præs. conj. act. *Dor.* pro σπεύδωμεν, a præc.

Σπεύσαντες, nom. pl. aor. 1. part. act.

Σπευστέος, α, ον, properandus. A præc. Unde

Σπευστικὸς, ἡ, ὸν, festinus, qui properare solet.

Σπηλάδιον, ου, τὸ, parva spelunca. Dim. a

Σπήλαιον, ου, τὸ, spelæum, spelunca. A σπέος. Hinc

Σπηλαιώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, speluncæ formam habens, in modum speluncæ factus.

Σπηλάδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, idem et ab eod.

Σπήλυγξ, υγγος, ἡ, spelunca. Ab eod.

Σπήλωνες, ων, οἱ, lapides prægrandes in itineribus loco pontis projecti. A σπιλάς.

Σπιδεὸς, idem quod

Σπιδὴς, έος, ὁ ᾗ ἡ, amplus, spissus, longus. A σπίζω.

Σπιδνὸς, ἡ, ὸν, idem, pro σπιδνός. Ab eod.

Σπιδόεις, εσσα, εν, idem quod σπιδεὸς, *Hes.*

Σπιδόθεν, *adv.* eminus, procul. A σπιδής.

Σπίζα, et σπίζη, ης, ἡ, fringilla. *Angl.* CHAFFINCH. A σπίζω.

Σπιζίας, ου, ὁ, fringillarius. A σπίζα.

Σπιζίτης, ου, ὁ, idem et ab eod.

Σπίζιον, Dim. a σπίζη, *Hes.*

Σπιζίτης, αἰγιθαλὸς, cæteris αἰγιθαλοῖς, major, quippe qui σπίζαν magnitudine æquat,

ΣΠΙ'ΖΩ, extendo, expando; (2) pipio, ut aves.

Σπιθαμαῖος, αία, αῖον, spithamæ seu dodrantis longitudinem æquans, dodrantalis. A

ΣΠΙΘΑΜΗ', ῆς, ἡ, spithama, spatium inter pollicem et minimum digitum expansos; (2) palmus major, dodrans. A σπίζω.

Σπιθαμιαῖος, idem quod σπιθαμαῖος.

Σπιθαμώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, idem et ab eod.

Σπιλάδεσσι, dat. pl. *Poet.* pro σπιλάσι, a σπιλὰς, *procella.*

Σπιλαδώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, saxosus. A

Σπιλὰς, άδος, ἡ, rupes, scopulus maris, cautes, glarea, terra glareosa; (2) procella. Φῶκαι Εἰνάλιαι τίκτουσιν ἐπὶ σπιλάδεσσιν ἐρῆμοις, *Call. in Delum*, 243. (2) Θαλάττῃ προσπταίσαντας ἂν τοὺς ἄνδρας αἰφνιδίῳ σπιλάδι κατασεισθέντας, *Heliod.* 5. A

ΣΠΙ'ΛΟΣ, vel σπίλος, ου, ὁ, macula, labes; (2) vitiligo; (3) idem quod σπιλάς.

Σπίλλιον, τὸ, *Æol.* pro ψίλλιον, armilla, *V. L.*

Σπιλόω, ῶ, fut. ώσω, maculo, labem adspergo, fœdo; σπιλοῦσιν, infuscant, *Ph.* σπιλωθεὶς, infuscatus, *Ph.* aor. 1. part. pass. Σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, *Jac.* 3. 6.

Σπίλωμα, ατος, τὸ, macula et labes adspersa, nævus; (2) locus salebrosus, saxum asperum. A præc.

Σπιλωτὸς, ἡ, ὸν, maculatus. Ab eod.

ΣΠΙ'ΝΔΑΡΙΣ, ιος, ἡ, avis peregrina, avis incendiaria.

Σπινθάρυγες, αἱ, scintillæ, *Ap.* al. σπινθάριγγες.

Σπινθάριγγες, item σπινθάρυγες, scintillæ. A

ΣΠΙΝΘΗ'Ρ, ῆρος, ὁ, scintilla; σπινθῆρες, stricturæ, *Gl. V.* Hinc

Σπινθηρίζω, fut. ίσω, scintillo.

Σπίνθιον, τό· vide σπίνος.

Σπινθηροβόλος, ου, ὁ ᾗ ἡ, scintillas emittens. Ex σπινθὴρ et βάλλω.

Σπινθηρότομος, idem. Ex eod. et τέμνω.

Σπίνα, ης, ἡ, fringilla. *Angl.* A SISKIN. A σπίζω.

Σπίνος, ου, ὁ, idem et ab eod. Καὶ σπίνος ἠῷ ἀσπίζων, *Aratus*, 1024.

Σπλάγχνα· vide σπλάγχνον. Unde

Σπλαγχνεύω, fut. εύσω, exta in manus sumo et attrecto; (2) extorum et viscerum particeps sum; (3) auguror per exta. Σπλαγχνεύειν ἐπιθυμῶ, *Aristoph. Av.* 990.

Σπλαγχνίδιον, ου, τὸ, viscus. A σπλάγχνον.

Σπλαγχνίζω, f. ίσω, sacrifico; σπλαγχνίζομαι, summa misericordia et ex animo moveor. Ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, *Matt.* 9, 36. ἐπ' αὐτοὺς, *Ib.* 14, 14. ἐπ' αὐτοῖς, *Marc.* 6, 34. τοῦ δούλου, *Matt.* 18, 27. Ab eod.

Σπλαγχνικὸς, ἡ, ὸν, ad viscera pertinens.

Σπλαγχνὶς, ίδος, ἡ, cor. Ab eod.

Σπλαγχνισμὸς, ῦ, ὁ, sacrificium; (2) visceratio; (3) misericordia. A σπλαγχνίζω.

ΣΠΛΑ'ΓΧΝΟΝ, ῦ, τὸ, viscus; σπλάγχνα, viscera, exta, cor, pulmones; (2) *Hebr.* affectus maternus, commiseratio; amor; (3) animus. Εἴ τις ὑφ' ἥσης σπλάγχνον εὔτονον φέρων, *Eurip. Hipp.* 118.

Σπλαγχνόπτης, ῦ, ὁ, qui exta seu viscera torret. E præc. et ὀπτάω.

Σπλαγχνοσκόπος, ῦ, ὁ, extispex, qui exta seu viscera victimæ cæsæ inspiciens vaticinabatur, *Gl. V.* haruspex, ariolus.

Σπλαγχνοτόμος, ῦ, ὁ ϗ ἡ, viscerum sector, qui viscera victimæ cæsæ cultro aperit. A τέμνω.

Σπλαγχνοφάγος, ῦ, ὁ ϗ ἡ, viscerum vorator; (2) violentus spoliator pauperum.

Σπληδὸς, ῦ, ὁ, cinis, *Nic. Th.* 763.

ΣΠΛΗ'Ν, σπληνὸς, ὁ, splen, lien.

Σπληνιάω, ῶ, splenis dolorem sentio, e splene laboro. A σπλήνιον.

Σπληνικὸς, ἡ, ὸν, lienosus, splenicus. A σπλήν.

Σπλήνιον, τὸ, splenis dolor; (2) splenium: (1) *ap. medicos*, panniculus vel linteolum, quo emplastra vel alia medicamenta imponuntur locis læsis; (2) ineptæ fœminarum deliciæ, *les mouches*; (3) herba, quæ et τεύκριον. A σπλὴν, *Ern.*

Σπληνόδετος, ον, spleniatus, splenio obvolutus. A præc. et δέω.

Σπληνισκὸς, ὁ, Dim. a σπλήνιον, n. 2. *Ern.*

Σπληνῖτις, ιδος, ἡ, splenica. Ab eod.

Σπληνοδάπανος, ον, splenem consumens et minuens, *Steph.*

Σπληνώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lienosus, splenicus.

Σπογγάριον, ῦ, τὸ. Dim. a σπόγγος.

Σπογγεὺς, έως, ὁ, spongiarius, qui spongias quærit et secat. A σπόγγος.

Σπογγία, ας, ἡ, spongia. Ab eod.

Σπογγίζω, f. ίσω, spongia detergo. Μὴ φροντίσῃς· ἕτερος γὰρ αὐτὰ σπογγιεῖ, *Arist. Thesm.* 254. Ab eod.

Σπόγγιον, τὸ, Dim. a σπόγγος, *Ar.*

Σπόγγισμα, τὸ, purgamentum, sordes spongia detersæ, *Eust.*

Σπογγίτης λίθος, spongites, *Plin.* 37, 10.

Σπογγοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, spongiæ similis. Ex σπόγγος et εἶδος.

Σπογγοθήρας, ῦ, ὁ, qui spongias venatur. Ex eod. et θήρα.

Σπογγοκολυμβητὴς, ῦ, ὁ, qui aquas subit, ut spongias petris adnascentes avellat et colligat.

Σπογγολογέω, spongias colligo, v. gr. micas in mensa detergendi causa. A seq. et λέγω.

ΣΠΟ'ΓΓΟΣ, ῦ, ὁ, spongia, *Ph.* peniculus, *Gl. V. Angl.* SPONGE. σπόγγοι, tonsillæ, *Il.* 18, 414.

Σπογγοτήρης, ῦ, ὁ, observator spongiarum. E præc. et τηρέω. Vide σπογγοθήρας.

Σπογγοτόμος, ὁ, qui spongias secat, *Æsch. Sch.*

Σποδεύναν, acc. sing. *Dor.* pro σποδεύνην, a

Σποδεύνης, ῦ, ὁ, qui in cinere jacet ac dormit. Ex σποδὸς et εὐνή.

Σποδέω, ῶ, fut. ήσω, ferventi cinere obruo; (2) altaria purgo cinerem detergendo; (3) cinere adspergo; (4) ferio. cædo, percutio, tanquam pulverem excussurus; (5) coeo. A σποδός.

Σποδησιλαύρα, ας, ἡ, meretrix publica. E præc. et λαύρα, *vicus, platea.*

Σποδιὰ, ᾶς, ἡ, cinis, cinerum acervus.

Σποδίζω, f. ίσω. sub cinere coquo, cinere obrutum asso vel torreo; (2) comburo velut in cinere; (3) in cinereum colorem vergo; (4) coeo. Ἡ με κεραυνῷ διαπυρβαλέῳ σποδίσου ταχέως, *Aristoph. Av.* 328. A σποδός.

Σπόδιον, ῦ, τὸ, cinerula; (2) recrementum metallorum ustorum. Ab eod.

Σπόδιος, ία, ιον, cinereus. Ab eod.

Σποδίτης, ῦ, ὁ· ut σποδίτης ἄρτος, panis subcineritius, sub cinere coctus. Ab eod.

Σποδοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ. visu cinereus, seu cineris speciem gerens. E seq. et εἶδος.

ΣΠΟΔΟ'Σ, ῦ, ἡ, cinis. Hinc

Σποδόω, ῶ, f. ώσω, in cinerem redigo, in nihilum redigo; (2) cinere inspergo; (3) obruo tanquam cinere. (3) σποδῷ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος, *Eurip. Andr.* 1130. Σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα, *Id. Hipp.* 1238.

ΣΠΟΛΑ'Σ, άδος, ἡ, vestis coriacea, *Vox Æol.* pellis, vestis e pelle, sagum. Καταστίκτου κυνὸς σπολὰς Λίβυσσα, *Soph. Fragm. ex Aj. Locr.* Οὗτος, σὺ μὲν τοι σπολάδα καὶ χιτῶν' ἔχεις, *Aristoph. Av.* 933.

Σπόλια, ων, τὰ, lanæ, quæ ex ovium cruribus avelluntur, *Hes.* Vox Lat. σπόλεια, *Voss.*

Σπόμενοι, *sequentes*, nom. plur. præs. part. med. verbi σπόμαι pro ἕπομαι, *sequor.*

Σπονδάζομαι, propitium reddo. A σπονδή.

Σπονδαικὸς, ἡ, ὸν, spondaicus, ex spondaicis constans.

Σπονδαϊκῶς, *adv.* per spondæos.

Σπονδεῖον, ῦ, τὸ, vas quo vinum libant in sacrificiis et conviviis. A σπονδή. Unde

Σπονδεῖος, εία, εῖον, qui libationibus adhiberi solet; *item*, epith. Jovis, qui fœderibus præest, tanquam vindex et defensor; σπονδεῖος πῦς, pes ex duabus syllabis longis constans, et in carminibus cantatis in libationibus olim adhiberi solitus.

Σπονδὴ, ῆς, ἡ, libatio, libamen, libamentum, *i. e.* vinum quod libatur; (2) fœdus, induciæ libatione sancitæ. A σπένδω.

Σπονδηφόρος, ον, libationi serviens, v. gr. patera.

Σπονδήσιμος, ον, ad libandum necessarius vel utilis. A σπονδή.

Σπονδήτης, ῦ, ὁ, idem quod σπονδεῖος.

Σπονδῆτις, vel σπονδῖτις, ἡ, libatoria, libationi serviens.

Σπονδιακὸν, sc. κολλύριον, a cinereo colore, *Gorr.*

Σπονδιὰς, άδος, ἡ, silvestris prunus, al. σπόνδιας, *Ath.*

Σπόνδικες, οἱ, qui vinum pateris libant. A σπονδὴ, *Hes.*

Σπονδοποιέομαι, ῦμαι, f. ήσομαι, libo sacrum laticem; (2) fœdus et inducias facio.

Σχεδογραφία, ἡ, delineatio seu descriptio rei in charta, ut astrorum in sphæra, *ap. Sch. Arati.* A σχέδη et γράφω.

Σχεδόθεν, *adv.* prope, cominus.

ΣΧΕΔΟ'Ν, *adv.* prope, propemodum, fere, ferme, pene, *Ph.* (2) cominus.

Σχεδουργὸς, οῦ, ὁ, qui rates conficit, ratium opifex; analogice σχεδιουργός. Ex σχεδία et ἔργον.

Σχεδρὸς, patiens, laboriosus, *Hes.*

Σχέθεν, 2. sing. præs. imperat. act. *Arat.* 1154. 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔσχεθε, a verbo poetico σχέθω, *Il.* 1, 219.

Σχεθεὶς, *habitus*, aor. 1. part. pass. verbi ἔχω, pro σχέω.

Σχεθέμεν, præs. inf. act *Ion.* pro σχέθειν. A

Σχέθω, habeo, teneo, inhibeo, cohibeo, reprimo, detineo. Φέρε τοὺς μοχλοὺς, ὅπως ἂν αὐτὰς τῆς ὕβρεως ἐγὼ σχέθω, *Aristoph. Lys.* 428. A σχέω pro ἔχω.

Σχελὶς, ίδος, ἡ, segmentum carnis, *Hes.*

Σχέμεν, *habuisse*, a. 2. inf. act. *Ion.* pro σχεῖν.

Σχέμεναι, aor idem, sed *Dor.* factus.

Σχενδύλη, ἡ, instrumentum quoddam fabrile, *Hes.*

Σχενόω, macero, *Steph.*

Σχέο, 2. sing, aor. 2. imperat. med. *Ion.* pro σχέσο, ab ἔχω, pro σχέω, *habeo.*

Σχὲς, 2. sing a. 2. imperat. act. *per pleonasm.* pro σχὲ, a verbo eod.

Σχέσις, εως, ἡ, habitudo seu constitutio corporis, qua quis carnosus vel gracilis est; (2) dicitur etiam de cultu externo, ut σχέσις ἐσθῆτος, *Ph.* habitus; σχέσιν, tenorem, *Ph.* A σχέω.

Σχετέος, α, ον, cohibendus, retinendus; τὰ σχετέα, cibi, &c. qui vomitu rejiciuntur, *Hipp.* Ab eod.

Σχέτο, *tenebatur*, 3 sing. aor. 2. ind. med. *Ion.* pro ἔσχετο, ab ἔχω, pro σχέω.

Σχετήριον, ου, τὸ, qu. dic. retinaculum, remedium ad sedandum. Ἀλλ' ἡδὺ λιμοῦ καὶ τόδε σχετήριον, *Eur. Cyclop.* 134. Ab eod.

Σχετικὸς, ἡ, ὸν, qui cum aliquo convenit; (2) qui habitum admittit; (3) retinendi et cohibendi vim habens; (4) relativus, *ap. Dial.* Ab eod.

Σχετικῶς, *adv.* per convenientiam quandam et conjunctionem; relative.

Σχετλιάζω, fut. άσω, conqueror, tanquam acerba et misera passus; (2) lamentor. *Gl. V.* quirito. Τί δακρύεις καὶ σχετλιάζεις; *Luc.* Οὐ δεῖ σχετλιάζειν καὶ βοᾶν, πρὶν ἂν μάθῃς, *Aristoph. Plut.* 475. A σχέτλιος. Hinc

Σχετλιασμὸς, οῦ, ὁ, quiritatio, lamentatio.

Σχετλιαστικὸς, ἡ, ὸν, conveniens quiritanti seu lamentanti; (2) lamentabilis.

ΣΧΕ'ΤΛΙΟΣ, ία, ιον, miser, miserabilis, infelix; (2) asper, severus, intractabilis, durus; (3) acer, audax, laborum patiens. Σχέτλιός ἐσσι, γεραιὲ, *Il.* 10, 165; (4) scelestus, nefarius, injustus. *Gl. V.* importunus.

Σχετλιότεκνος, ὁ καὶ ἡ, infelix liberis, *Cyr.*

Σχετλίως, *adv.* misere, miserabiliter; (2) injuste, scelerate.

ΣΧΕ'Ω, habeo, teneo; inus. Hinc futurum verbi ἔχω, σχήσω· præt. ἔσχηκα. Οὔτι μὰ τὰς Κερχνῇδας ἔτι σοῦ σχήσομαι, tolerabo, *Aristoph. Av.* 1340. Hinc

Σχῆμα, ατος, τὸ, habitus, gestus, figura, cultus, vestis ornatusque exterior; *item* decus, dignitas; *etiam* prætextus; (2) decus, ornamentum; (3) inservit periphrasi. Ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον, o gemina patens fore rupes, *Soph. Phil.* 952. (2) Ἀσιατίδος γῆς σχῆμα, *Eurip. Androm.* 1.

Σχηματίζω, fut. ίσω, effingo, figuro, formo; (2) gesticulor; (3) simulo, in medio. (1) λαμπρῷ κατόπτρῳ σχηματίζεται κόμην, componit comam, *Eurip. Med.* 1161. (2) ἀλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομαι, *Aristoph. Pace,* 324. A σχῆμα.

Σχημάτιον, ου, τὸ, staticulus; gestus, *Dim.*

Σχημάτισις, εως, ἡ, situs, habitus. A σχηματίζω.

Σχηματισμὸς, οῦ, ὁ, figuratio, figura; cultus corporis et comptura; corporis compositio in certum modum; *item*, orationis, gestus; (2) simulatio, prætextus. Λέγεται ὄγκον καὶ σχηματισμὸν περιβαλέσθαι, *Plut.* Ab eod.

Σχηματογραφέω, fingo vel oratione vel pictura, &c. A σχῆμα et γράφω.

Σχηματοποιέω, ῶ, fut. ήσω, fingo, conformo, informo; (2) gesticulationi servio, schemata saltationis cujusdam imitor, *Gl. V.* σχηματοποιῶ, gesticulor, *Xen.* Hinc

Σχηματοποιΐα, ας, ἡ, gestuum schematumque in saltando effictio.

Σχήσειν, fut. 1. inf. act. verbi ἔχω, pro σχέω.

Σχήσεσθαι, *habiturum esse*, fut. 1. inf. med.

Σχῆσις, εως, ἡ, habitus. A σχέω.

Σχητηρία, ας, ἡ, anchora. Ab eod.

Σχιδακηδὸν, *adv.* in modum assularum, assulatim. A σχίδαξ.

Σχιδακώδης, εος, ἡ, assulosus, Ab eod.

Σχιδανόπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, cujus pedes in digitos fissi sunt. Ex σχίζω et πούς.

Σχίδανος, fissus, scissus, *Steph.* sine exemplo.

Σχίδαξ, ακος, ἡ, assula, fragmentum aut segmentum e ligno scisso. *Ph.* talea. A σχίζω.

Σχίδη, ης, ἡ, idem; scida, scidula.

Σχίδος, εος, τὸ, idem et ab eod.

Σχιδίον, τὸ, assula, *Vitruv.*

Σχιδώνυχος, ου, ὁ καὶ ἡ, ungulas fissas habens. Ex σχίζω et ὄνυξ.

Σχίζα, vel σχίζη, ης, ἡ, fissura. *Ph.* talea; lignum fissum, *Il.* 1, 462. A σχίζω.

Σχίζῃς, dat. pl. *Ion.* pro σχίζαις. a σχίζη, *fissura.*

Σχιζοποδία, ας, ἡ, fissi pedes, fissura pedum in digitos. A

Σχιζόπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, cujus pedes in digitos fissi sunt; (2) digitatus. Ex σχίζω et πούς.

Σχιζόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, alas fissas habens. Ex σχίζω et πτερόν.

ΣΧΙ'ΖΩ, fut. ίσω, findo, scindo, diffindo, discindo, disseco; ἐσχισμένον, scissum, *Ph.* perf. part. pass. Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν (χιτῶνα), *Joann.* 19, 24. Εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, *Marc.* 1, 10. Ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει, *Sophocl. El.* 99.

Σχινδάλαμος, ου, ὁ, assula, festuca, segmentum e calamo fisso; vid. σκινδάλαμος.

Σχινδαλμὸς, οῦ, ὁ, idem.

Σχινδύλησις, εως, ἡ, fissio in assulas, quasi a σχινδυλέω. *Hipp.*

Σχίνελαιον, τὸ, lentiscinum oleum, *Diosc.*

Σχινίζομαι, ad dentes repurgandos et candefaciendos lentiscum mando. A σχῖνος.

Σχίνινος, ίνη, ινον, lentiscinus. Ab eod.

Σχινὶς, ίδος, ἡ, bacca lentisci, *Hipp.*

Σχινοκέφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, habens caput bulbo simile, i. e. oblongum, *Aristoph. Plut. in Pericle,* 3. Ex σχῖνος et κεφαλή.

Σχῖνος, ου, ἡ, lentiscus, hodie mastix; (2) scilla, bulbus. A σχίζω.

Σχινοτρώκτης, ου, ὁ, qui lentiscum mandit. Ex σχῖνος et τρώγω, *edo.*

Σχινοτρὼξ, ῶγος, ὁ καὶ ἡ, idem et ex iisdem.

Σχινώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, lentiscum ferens; (2) qui est e lentisci genere. A σχῖνος.

Σχίσας, *qui fidit*, a. 1. part. act. verbi σχίζω.

Σχισθῆναι, *fissum esse*, aor. 1. inf. pass.

Σχίσις, εως, ἡ, scissio, fissio, scissura. A σχίζω.

Σχίσμα, ατος, τὸ, idem; (2) dissidium, dissensio, discordia; (3) schisma, ruptio unionis in Ecclesia. Ab eod.

Σχισματικὸς, ἡ, ὸν, schismaticus; (2) qui a sosietate se segregat. A præc.

Σχισμὴ

Σχισμὴ, ῆς, ἡ, scissio, fissio, fissura. A σχίζω.
Σχισμὸς, ὁ, laceratio, *Æsch.*
Σχίσσας, *qui conscidit*, a. 1. part. act. *Poet.* pro σχίσας, a σχίζω.
Σχισαὶ, ῶν, αἱ, calceamenti lautioris genus. Οὐ δεινὰ ταῦτα γ' Ἀργείας φέρειν σχισὰς ἐν ἔργῳ. *Eupolis apud Ammon.*
Σχιστὸς, ἡ, ὸν, fissus, scissus; (2) fissilis, qui findi vel scindi potest. *Gl. V.* σχιστὸν, scissile, fissile; *Subst.* σχιστὸν, genus stolæ muliebris; σχισαὶ, calceamenti genus, *Poll.*
Σχοίατο, 3. plur. aor. 2. opt. med. *Ion.* pro σχοῖντο, ab ἔχω, pro σχέω, *contineo.*
Σχοίην, aor. 2. opt. act. *Att.* pro σχοῖμι.
Σχοίνανθος, squinanthus, *ap. Med.*
Σχοινία, ας, ἡ, junci planta seu stirps una cum suo cespite; (2) funale, funis:
Σχοινίζω, fut. ίσω, fune dimetior, agrum metior, divido:
Σχοινίκλος, ου, ὁ, nomen avis. *Gaza* junconem interpretatur. A σχοῖνος.
Σχοίνινος, ίνη, ινον, junceus, e junco factus.
Σχοινίον, ου, τὸ, funiculus, e junco tortus, funis, restis. Dim. ab eod.
Σχοινιοστρόφος, ὁ ϗ ἡ, *proprie* funem contorquens, qui aquam per amphoram e fune pendentem attollit e puteo, et quicunque simili modo laborat, *item* restio. A pr. et στρέφω.
Σχοινιοσυμβολεὺς, ὁ, idem, *Poll.* (2) qui tegetes e junco texit. Ex eod. et συμβολή.
Σχοινὶς, ίδος, ἡ, epith. Veneris. A σχοῖνος, al. a σχῖνος, *lentiscus*, unde debeat esse σχινὶς, *Ern.*
Σχοίνισμα, ατος, τὸ, pars agri fune dimensa ac descripta. Καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ· σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ, *Deuteron.* 32, 9. A σχοινίζω.
Σχοινισμὸς, οῦ, ὁ, dimensio et descriptio quæ fit fune; (2) torturæ genus quod funibus fit et fidiculis tractoriis. Ab eod.
Σχοινῖτις, ιδος, ἡ, e junco facta. A σχοῖνος.
Σχοινοφιλίνδα, lusus quoddam genus, *Poll.*
Σχοινοβατέω, ῶ, funi inambulo. A
Σχοινοβάτης, ου, ὁ, qui per funem ambulat, funambulus. Ex σχοῖνος et βαίνω.
Σχοινοβατία, ας, ἡ, incessus per funem. A præc.
Σχοινοειδὴς, ὲς, ad funis speciem factus. Ex eod. et εἶδος.
Σχοινόπλεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, e junco plexus, junco nexus. Ex σχοῖνος et πλεκτός.
Σχοινοπλοκικὸς, ἡ, ὸν, funibus texendis aptus. A
Σχοινοπλόκος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui funes e junco torquet seu nectit, *Gl. V.* restio, resticularius. Ex σχοῖνος et πλέκω.
Σχοινοπώλης, ου, ὁ, spartarius. *Gl. V.* qui restes vendit.
ΣΧΟΙ͂ΝΟΣ, ου, ὁ, et aliquando ἡ, juncus; (2) funis e junco plexus, funis, restis; (3) mensura Ægyptiaca sexaginta stadia complectens, *ap. Herod.* alii autem 30. *Ph. Phil.* σχοῖνος γεωμετρικὸς, *schœnus geometricus*, arvipendium.
Σχοινοστρόφος, ου, ὁ, idem quod σχοινιοστρόφος.
Σχοινοτενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, extensus seu protensus, ut funis; (2) longus; (3) rectus. Λόγος σχοινοτενὴς, oratio soluta et in concinnis longisque periodis constans. Ex σχοῖνος et τείνω.
Σχοινοτενῶς, *adv.* in modum funis extensi; (2) porrecte, extente; (3) recte.
Σχοινοτονία, ας, ἡ, longitudo. A
Σχοινότονος, ου, ὁ ϗ ἡ, e junceo aut sparteo fune nexus et contextus; (2) longus, extentus. Ex σχοῖνος et τείνω.
Σχοινοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, junceum funem gestans, seu simpl. funem gerens. Ex eod. et φέρω.
Σχοινοχάλινος, ου, ὁ ϗ ἡ, frænum e fune factum habens
Σχοῖντο. Vide σχοίατο.
Σχοινώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, juncosus, junceus, juncum referens, e junci genere. A σχοῖνος.
Σχολάζω, fut. άσω, vaco, otior, ferior, *Gl. V.* σχολάζει, cessat, vacat, *Ph.* σχολάζων, vacuus, *Gl. V.* σχολάζουσα, vacua, *Ph.* σχολάζοντες, cessantes, *Ph.* σχολάζομαι, otium mihi est, vacat mihi. Ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ ϗ τῇ προσευχῇ, 1 *Cor.* 7, 5. Μουσικὴ ἐστὶ τῷ δεῖπνον σχολάζειν, *Luc.* τοῖς φίλοις, *Xen.* ἀπό τινος, *Ib.* A σχολή.
Σχολαῖος, αία, αῖον, lentus, tardus, segnis. *Gl. V.* otiosus, vacuus. Ὡς σχολαιτέρῳ χρήσασθαι τῷ ῥεύματι, *Arr. Hist. Alex.* 5, 20. Ab eod.
Σχολαιότης, ητος, ἡ, tarditas. A σχολαῖος.
Σχολαίτατα, *adv.* tardissime. Ab eod.
Σχολαίως, *adv.* per otium, lente, tarde, cunctanter. *Gl. V.* otiose.
Σχολαρχέω, ῶ, scholarcha sum, scholæ præsum, *R.* A
Σχολάρχης, ου, ὁ, scholarcha, i. e. qui scholæ præest, *Ph.* σχολάρχαι, professores. Ex σχολὴ et ἄρχων.
Σχολαστήριον, ου, τὸ, locus in quo commode otium agitur post labores; (2) exhedra; (3) schola. A σχολή.
Σχολαστὴς, οῦ, ὁ, otium agens, otio indulgens, otiosus. *Gl. V.* cessator. A σχολάζω.
Σχολαστικὸς, ἡ, ὸν, qui otiari solet, otio deditus; *Gl. V.* scholaris; τὸ σχολαστικὸν, οῦ, otiandi facultas, otium. Ab eod.
Σχολέω, vaco, *V. L.* A σχολή.
Σχολεῖον, ου, τὸ, ludus literarius, schola. A
ΣΧΟΛΗ', ῆς, ἡ, otium, vacatio et feriatio a negotiis, mora ejus qui lente agit; (2) lucubratio per otium, seu in otio composita disputatio; (3) ipse locus in quo vacamus alicui rei, schola. Vide *Ern.*
Σχολῇ, *adv.* otiose, per otium, perfunctorie, sine diligentia, lente, tarde, more hominum otiosorum, sensim, *Gl. V.* (2) vix, ægre, magno cum labore; (3) haudquaquam, nullo modo, nullatenus; (4) multo minus, si non illud, hoc multo minus.
Σχολιαστὴς, οῦ, ὁ, qui scholiis auctorum illustrat, scholiastes. A σχολιάζω.
Σχολικὸς, ἡ, ὸν, ad scholas pertinens, scholis conveniens; (2) puerilis; unde ineptus, frigidus in oratione. A σχολή.
Σχολικῶς, scholæ modo, ut fit in scholis. A pr.
Σχολιογράφος, ὁ, qui scholia scripsit. A
Σχολιογραφέω, ῶ, f. ήσω, brevia scholia scribo.
Σχόλιον, ου, τὸ, glossa, notula, brevis explicatio vocabulorum difficilium. A σχολή.
Σχόμενοι, nom. pl. a. 2. part. med. verbi ἔχω.
Σχοῦ, *habe*, 2. sing. aor. 2. imp. med. *Ion.* et *Att.* pro σχέσο.
Σχῶ, aor. 2. conj. act.
Σῶ, cerno, incerno, cribro, *Etymol. Mag.* Vide σῶσι infra pro σήθω.
Σῶδες, aves quædam, *Opp.*
Σώεσκε, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἐσώε, a σώω, *servo.*
Σῶζε, 2. sing. præs. imperat. act. verbi σώζω.
Σωζόμενον, acc. sing. præs. part. med.
Σώζω, fut. ώσω, salvo, *Ph.* servo, sospito, *Gl. V.* σώζει, conservat, sanat, *Ph.* σωθῆναι, sanari, *Ph.* salvari; σωθεὶς, salvus, *Ph.* a. 1. pass. σῶζε, vale, *Ph.* imperat. præs. pass. σῶσαι, sanare, *Ph.* inf. act. aor. 1. σῶσόν με, salvum me fac, *Gl. V.* imperat. act. aor. 1. *item* (2) a periculo munire, tutum præstare in futurum. Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία, *Soph. Antig.* 687. Ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι, *Id. Aj.* 519. Ἦ σὺ κεῖνος εἶ, ὅς τόνδε κἀμ' ἔσωσας ἐκ πολλῶν πόνων; *Idem, El.* 1372. Τὸ δὲ μάθημα τοῦτο, σώζει παῖδας, οἶκον, χρήματα, *Aristoph. Av.* 385. A σόος.
Σωθεὶς, aor. 1. part. pass. verbi σώζω.
Σωθῆναι, *servatum esse*, aor. 1. inf. pass.
Σωθῶσιν, 3. plur. aor. 1. conj pass. cum ν.
Σωκέω, ῶ, valeo, possum. A σῶκος. Σωκῶ idem valet quod ἰσχύω, Etymol. ἰσχύει, βοηθεῖ, *Hes.* ex Æschyl. *Eum.* 36.
Σῶκος, ου, ὁ, servator; epith. Mercurii, *Il.* 20, 72. A σώζω.
Σωκρατίω, Socratem ago, *Ar.*
Σώκω, pro σωκέω, *Hes.*
ΣΩΛΗ'Ν, ῆνος, ὁ, canalis, tubus, fistula, veluti in aquæductu; (2) piscis quidam testaceus.
Σωληνάριον, ου, τὸ, canaliculus, tubulus, siphunculus. Dim. a σωλήν.
Σωληνίσκος, ου, ὁ, idem et ab eod.
Σωληνιστὴς, οῦ, ὁ, qui piscatur σωλῆνας.
Σωληνοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, canaliculo similis, canaliculum referens. Ex σωλὴν et εἶδος.
ΣΩ͂ΜΑ, ατος, τὸ, corpus, παρὰ τὸ σῆμα, hoc est a sepulchro, quod anima in corpore sit quasi sepulta, secundum Orphicos. *Ph.* (2) mancipium; (3) dicitur et in foro de capite, *ap. Lys.* (4) de pudendis virilibus: inservit periphrasi. Σῶμά τ' ἀνικάτου θηρὸς, invicta belua, *Œd. Col.* 1568.
Σωμασκέω, corpus exerceo. Ἡ ϗ σχολὴ, ἔφη, ἔσται σωμασκεῖν τοῖς στρατιώταις, *Xen.* Hinc
Σωμασκία, ας, ἡ, corporis exercitatio, *Gl. V.*
Σωματεῖον, ου, τὸ, corpus, i. e. multitudo sedes conjunctas habens, et iisdem legibus vivens, collegium. A σῶμα
Σωματεμπορέω, ῶ, mancipia emo ac reverdo, mango sum, *Strabo.*
Σωματεμπορία, ας, ἡ, mangonium. A
Σωματέμπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui mancipia emit ac vendit. *Ph.* venalitiarius, mango, leno. Ex σῶμα et ἔμπορος.
Σωματηγέω, dux sum agminis, cohortis.
Σωματικὸς, ἡ, ὸν, corporalis, qui est corporis; (2) corporeus, corpore constans. A σῶμα.
Σωματικῶς, *adv.* corporeo modo, more corporum.
Σωμάτινος, η, ον, corporeus, *Gl. V.* A σῶμα.
Σωμάτιον, ου, τὸ, corpusculum; (2) hominis defuncti cadaver; (3) codex, liber, tabula deletilis; palimpseston, membrana, *Ph.* Dim.
Σωματοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, corporis speciem gerens, corpulentus, corporeus; quicquid quod in corpus quoddam, systema, redactum est; σωματοειδέστερον, *Longin.* 24. Ex σῶμα et εἶδος.
Σωματοκάπηλος, ου, ὁ, hominum venditor, mango.
Σωματοποιέω, ῶ, f. ήσω, corpoream figuram tribuo, corporea specie effingo; (2) unum corpus facio, quod ante dispersum erat; (3) corpulentum reddo, reficio, etiam de animo; σωματοποιοῦμαι, augeor, validior fio; (4) augeo, validiorem seu potentiorem reddo. Σωματοποιεῖν τὰ ἔθνη, *Polyb.* Σωματοποιούμενα τῇ κοινωνίᾳ, *Longin.* 40.
Σωματοπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, corpori conveniens; (2) corporalis, corporeus.
Σωματοπρεπῶς, *adv.* corpori convenienter, in modum corporis.
Σωματοτροφεῖον, ου, τὸ, locus in quo servi vel mancipia aluntur. Ex σῶμα et τροφεῖον.
Σωματοφθορέω, corpus corrumpo, debilito, frango.
Σωματόφορβος, ὁ, corporis altor, *Man.* A φέρβω.
Σωματοφρουρητωρ, ὁ, corporis custos, *Man.*
Σωματοφυλακέω, ῶ, f. ήσω, sum corporis custos.
Σωματοφυλακία, ἡ, custodia corporis.
Σωματοφυλάκιον, ου, τὸ, corporum conditorium. A
Σωματοφύλαξ, ακος, ὁ, corporis custos, seu qui latus alicujus stipat. *Ph.* satelles, stipator.
Σωματόω, ῶ, fut. ώσω, corpus facio, corporea natura induo; σωματοῦσθαι, q. d. corporescere, corporeum fieri, *Aristot.* A σῶμα.
Σωματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, corporeus, corporea præditus natura. Ab eod.
Σωματωδῶς, *adv.* corporaliter.
Σωμάτωσις, εως, ἡ, cum rei corpus tribuitur. A σωματόω.
Σώοντο, ruebant, σωομένοι, concitati, *Apoll. Rhod.* 3, 307. Vide σόω in (2).
Σῶος, ου, vel σῶς, ὁ ϗ ἡ, salvus, incolumis, sospes, *Ph.* A σόος.
Σωρακὶς, ἡ, instrumentum equisonis cavum quo equi crines cohibentur, *Poll.*
Σώρακος, ου, ὁ, qualus, *Ph.*
Σωρεία, ας, ἡ, cumulus, acervus, congeries. A σωρεύω.
Σωρείτης, ου, ὁ, Sorites, argumentationis genus, in qua superiori semper aliquid additur, tanquam granum acervo; sophisma inexplicabile, cavillatio. Ab eod.

Σωρὸς, ῦ, ὁ, idem quod *σωρός*.
Σώρευμα, ατος, τὸ, accumulatio. A *σωρεύω*.
Σωρεύσασαν, acc. plur. a. 1. part. act. f. g. v. *σωρεύω*. Unde
Σώρευσις, εως, ἡ, acervatio, cumulatio.
Σωρευτὸς, ἡ, ὸν, acervatus, cumulatus.
Σωρεύω, cumulo, acervo, aggero, congero. Ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῦ, *Rom.* 12, 20. Ἄλλον ἐπ' ἀλλῶν σωρεύειν αἰεὶ πλῦτον ἐπειγόμενος, *Epgr.* A *σωρός*.
Σωρηδὸν, *adv.* acervatim, cumulatim. Ab eod.
Σωρείτης, ῦ, ὁ, *Gl. V.* Vide *σωρείτης*.
Σωρῖτις, ιδος, epith. Cereris. A
ΣΩΡΟ'Σ, ῦ, ὁ, cumulus, acervus, agger, congeries.
Σῶς, ὁ ἡ ἡ, salvus, incolumis, sospes, integer, perfectus. Εἴπερ ἐςὶ σων (ποτὸν), siquidem sospes est, si quidem scaturit (de fonte), *Soph. Phil* 21. Ex *σόος*, vel *σάος*
Σῶσαι, aor. 1. inf. act. verbi *σώζω*, *servo*.
Σώσει, 3. sing. fut. 1. ind. act.
Σῶσι, *incernunt*, 3. plur. præs. ind. act. verbi *σῶ*, *incerno*. Σῶσι διὰ σινδόνος, *Herodot.* 1, 200.
Σωσιάνειρα, ἡ, servans viros, *Cyr.*
Σωσίκοσμος, ὁ, mundi servator.
Σῶσιν, *servant*, 3. pl. præs. ind. act. *per Crasin*, et cum ν ἐφελκ. pro *σώζουσι*.
Σωσίοικος, ῦ, ὁ, domus conservator. Ex *σώζω* et *οἶκος*.
Σωσίπολις, urbis conservator, *Aristoph. Ach.* 167. A *σώζω* et *πόλις*.
Σῶσον, 2. sing. aor. 1. imperat. act. v. *σώζω*.
Σωστέον, *adv. posit.* servandum est. Ἀθλίως δὲ σωστέον, *Eur. Her. Fur.* 139. A *σώζω*.
Σωστικὸς, ἡ, ὸν, servandi seu conservandi vim habens, conservator, tutator. A *σώζω*.
Σωστικῶς, *adv.* salutariter, salubriter.
Σῶστρον, ῦ, τὸ præmium quod ægrotus sanitati restitutus medico aut deo salutari reddit; *item* quod datur ei qui fugitivum retraxit, et domino restituit, *item* quod pro libertate datur. A *σώζω*.
Σώτειρα, ας, ἡ, servatrix, Minervæ cognomen, quia fingit intellectum omnem partialem in intellectionibus totalibus Jovis.
Σωτέον, idem quod *σωστέον*, *Steph.*
Σωτὴρ, ῆρος, ὁ, servator, conservator, liberator, *Ph.* sospitator. *adj.* usurpatur, ὁ ἡ ἡ, felix. Εἰ γάρ ἐν τύχῃ γε τῶς Σωτῆρι βαίη, *Soph. Œd. Tyr.* 80. Νύμφαις ἁλίαισιν ἐπευξάμενοι νόςυ σωτῆρας ἱκέσθαι, *Id. Phil.* 1470. A *σόος*.
Σωτηρία, ας, ἡ, salus, incolumitas; conservatio, *Ph.* A *σωτήριος*.
Σωτήρια, ίων, τὰ, sacra quæ agitantur in honorem deorum sospitalium; (2) foricæ; *Agathias in Anthologia.* Ab eod. *P.*
Σωτηριακὸν, ῦ, τὸ, pretium quod pro funeris elatione datur. Ab eod.
Σωτήριος, ῦ, ὁ ἡ ἡ, salutaris, prosper, saluber. sospitalis, *Gl. V.* (2) sospitator, protector. Hinc τὸ σωτήριον, ῦ, salus; (2) expiatio, *LXX.* (1) Δέξεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον, *Soph. Œd. Col.* 487. (2) ἐν δὲ τῷ λέγειν κἂν ἂν λάβοις τὰ πλεῖον' ἢ σωτήρια, *Id. ibid.* 795. Σωτήριος σὰς, *Eurip. Or.* 656. A *σωτήρ*.
Σωτήριχος, ῦ, ὁ, servator. A *σωτήρ*.
Σωτηριώδης, εος, ὁ ἡ ἡ, salutaris, sospitalis. *Gl. V.* saluberrimus. A *σωτήριος*.
Σωτηριωδῶς, *adv.* salutariter, salubriter.
Σωτηρίως, idem, *Gl. V.* A *σωτήριος*.
Σῶτρον, ῦ, τὸ, lignum orbiculare rotæ extimum, quod radios in se continet. A *σώω*.
Σωφρονέω, ῶ, f. ήσω, sanæ mentis sum, mentis compos seu prudens sum, prudenter me gero; (2) modestia utor, modestus sum; (3) temperanter et modeste me gero; castus sum et pudicus. Οὐδέ σ' αἱ τύχαι, τέκνον, ἐσωφρονήκασιν, *Eur. Tro.* 342. A *σώφρων*.
Σωφρόνημα, ατος, τὸ, moderate factum, facinus pudicum et castum. A *σωφρονέω*.
Σωφρονήσατε, 2. pl. aor. 1. imperat. act. verbi *σωφρονέω*. Unde
Σωφρονητικὸς, ἡ, ὸν, modestiæ, temperantiæ amans seu studiosus.
Σωφρονίζω, f. ίσω, ad sanam mentem reduco, facio ut quis sapiat; castigo, emendo, coerceo, compesco, reprimo, tempero, moderor. Ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, *Tit.* 2, 4. A *σώφρων*.
Σωφρονικὸς, ἡ, ὸν, natura comparatus ad temperantiam; (2) modestiæ et moderationi deditus. Ab eod.
Σωφρονικῶς, *adv.* temperanter, modeste. A pr.
Σωφρόνισις, εως, ἡ, castigatio, emendatio.
Σωφρόνισμα, ατος, τὸ, id quo quis castigatur et emendatur.
Σωφρονισμὸς, ῦ, ὁ, castigatio, emendatio, ad meliorem mentem revocatio, coercitio.
Σωφρονιςὴρ, ῆρος, ὁ, admonitor, castigator; (2) dens genuinus. *Ph.* A *σωφρονίζω*.
Σωφρονιςήριον, ῦ, τὸ, carcer ad emendationem morum Ab eod.
Σωφρονιςὴς, ῦ, ὁ, castigator, emendator, monitor, præceptor; qui aliquid prudenter agit, et concipit; cum gen. rei quæ prudenter instituitur, *Plut.* Ab eod. Unde
Σωφρονιςικὸς, ἡ, ὸν, monendi, emendandi vim habens, ad emendandum ac monendum comparatus.
Σωφρονιςὺς, ύος, ἡ, emendatio, correctio. A *σωφρονίζω*.
Σωφρονέντως, modeste, prudenter, vel moderate se gerendo, *Steph.*
Σωφρόνως, *adv.* sana mente, prudenter; (2) moderate, modeste, continenter, temperanter, pudice. *Gl. V.* sobrie, caste.
Σώφροσι, *temperantibus*, dat. pl. a *σώφρων*.
Σωφροσύνη, ης, ἡ, modestia, pudicitia, castitas, *Philox.* temperantia, *Gl. V.* A
Σώφρων, ονος, ὁ ἡ ἡ, cui mens est salva et incolumis; (2) prudens, sapiens; (3) moderatus, temperans, continens, sobrius; (4) honestus, bene moratus, probus; (5) castus, pudicus, continens. Ex *σῶς* et *φρήν*.
Σωχέω, idem quod seq. *Nic. Th.* 590.
ΣΩ'ΧΩ, tero, lævigo.
Σώω, incito; *σώοντο*, pass. imperf. A *σεύω*.
Σώω, incito, moveo; (2) servo, sospito; *σώομαι*, servor incolumis. A *σῶς*, vel *σόω*.

T.

T Decima nona litera Græcorum, quæ Tau dicitur ab Hebræorum litera cognomini; (2) in notis numeralibus valet *trecenta*, et cum lineola subjecta, ͵τ, *trecenta millia*.
Τὰ, *hæc*, nom. pl. n. g. ὁ, ab *hic*.
Ταβαῖται, lignea quædam pocula, *Ath.*
Ταβαρίτης, sc. ἄρτος. *Ath.*
Ταβερνεῖον, ῦ, τὸ, caupona. A *taberna*.
Τάβλα, tabula, *Gl. V.* A *tabula*.
Ταβλίζειν, tesseris ludere in tabula. A præc.
Ταβλιςὴς, ῦ, ὁ, qui ludit in tabula.
Τάγαθὰ, *bona*, nom. plur. *Dor.* pro τὰ ἀγαθὰ, *bona*, ab ἀγαθὸν, *bonum*.
Ταγαῖος, ῦ, ὁ, qui facit quidpiam ab alio jussus; (2) subjectus. A *ταγός*.
Ταγέω, impero. Ab eod.
ΤΑΓΓΗ', ῆς, ἡ, rancor.
Ταγγίασις, εως, ἡ, idem. Quasi a *ταγγιάζω*, quod esset *rancesco*.
Ταγγίζω, rancesco, rancidus fio. A *ταγγή*.
Ταγγὸς, ἡ, ὸν, rancidus, qui rancorem contraxit, *Ph.* ταγγὸν, rancidum. Ab eod.
Ταγεία, ας, ἡ, principatus; (2) præfectura. A *ταγεύω*.
Ταγεὶς, *ordinatus*, a. 2. part. pass. v. *τάττω*.
Ταγεύω, sum summus magistratus, *Xen.* (2) præficio, *Æschyl.* A
Ταγὴ, ῆς, ἡ, principatus, præfectura; (2) præceptum. A *τάσσω*.
Ταγηνίας, ῦ, ὁ, ut ταγηνίας ἄρτος, panis in sartagine coctus, admixto caseo.
Ταγηνίζω, frigo, *Gl. V.* A *τάγηνον*.
Ταγηνιςὸς, ἡ, ὸν, in sartagine frictus seu coctus. A præc.
Ταγηνίτης, ῦ, ὁ, ut ταγηνίτης ἄρτος, idem quod *ταγηνίας*. A
Τάγηνον, ῦ, τὸ, sartago, *Gl. V.* Alias *τήγανον*.
Εὔχομαι δέ σοι τὸ μὲν τάγηνον πιθέδων ἐφεςάναι σίζον, *Aristoph. Equit.* 928. A *τήκω*.
Τάγκιςρον, *hamo*, *Att.* vel *Æol.* pro τῷ ἀγκίςρῳ, ab ἄγκιςρον.
Τάγμα, ατος, τὸ, ordo, factio, agmen, globus, legio, *Ph.* A *τάσσω*.
Ταγματάρχης, ῦ, ὁ, qui agmini præest. Ex *τάγμα* et *ἄρχω*.
Ταγματικὸς, legionarius, *Gl. V.* A *τάγμα*.
Ταγὸς, ῦ, ὁ, dux, imperator, præfectus, præses, summus est magistratus in Thessalia; *Il.* 23, 160. A *τάσσω*.
Ταγῦχος, ῦ, ὁ, idem. A *ταγὴ* et *ἔχω*.
Ταχειοί, minime, *Suid.*
Τάζω, extendo, corripio, apprehendo; ut hinc sit *τεταγὼν*, a. 2. cum reduplicatione, qui prehendit, *Il.* 1, 591. A *τείνω*.
Ταθεὶς, aor. 1. part. pass. verbi *τείνω*.
Ταθῶσι, 3. plur. aor. 1. conj. pass.
Ταὶ, nom. plur. f. g. *Ion.* pro *αἱ*, ab *ὁ*, articulo præpos.
Ταινία, ας, ἡ, tænia, fascia, vitta, redimiculum; (2) agger ex arenæ colluvie; (3) cautes scrupulosa sub aquis latens, in longumque porrecta, syrtis; (4) genus vermium longiorum; (5) genus piscis *apud Aristotelem.* A *τείνω*.
Ταινίδιον, ῦ, τὸ, Dim. a præc.
Ταινίον, ῦ, τὸ, idem et ab eod.
Ταινιόπωλις, ιδος, ἡ, mulier quæ fascias vendit. Ex *ταινία* et *πωλέω*.
Ταινιόω, ῶ, fut. ώσω, redimio fascia; (2) orno, *Aristoph. Conc.* 1026. A *ταινία*.
Ταινιωτικὸς, ἡ, ὸν, in tænia natus. Vide *ταινία* No. 2 et 3. Τύτυ δὲ καλλίων ὁ ταινιωτικὸς καλύμενος, *Athen.* 1, 25.
Τάκεαι, 2. sing. præs. ind. pass. *Dor.* et *Ion.* pro *τήκεσαι*, a *τήκω*.
Τακεῖθεν, *Dor.* pro τὰ ἐκεῖθεν, *quæ illic.*
Τακεὶς, aor. 2. part. pass. *Dor.* pro *τηκείς*.
Τακερὸς, ρὰ, ρὸν, liquefactus, maceratus, liquatus, humidus; mollis, tener, delicatus, de oculis, vultu. A *τήκω*. Hinc
Τακερόω, ῶ, f. ώσω, macero; (2) coctione ita tenerum reddo, ut velut liquescens dilabatur et diffluat, *Diosc.*
Τακερόχρως, ωτος, ὁ ἡ ἡ, corpus liquatum habens. Ex *τακερὸς* et *χρώς*.
Τακερῶς, instar eorum quæ *τακερὰ* dicuntur, *Ath.*
Τάκην, aor. 2. ind. pass. *Ion.* pro *ἐτάκην*, a *τήκω*.
Τακήσομαι, *liquefiam*, fut. 2. ind. pass.
Τακτικὸς, ἡ, ὸν, ordinandi peritus, *peculiariter*, ordinandi peritus milites et aciei instruendæ; *τακτικὰ*, quæ ad rem et disciplinam militarem spectant; *τακτικοὶ*, scriptores de acie ordinanda. A *τάσσω*.
Τακτικῶς, *adv.* militariter, cum peritia aciei struendæ. *Gl. V.* ordinate.
Τακτὸς, ἡ, ὸν, ordinatus, in quo servatur ordo; (2) certus, statutus, definitus, ut dies, &c.
Τάκτὸς, pro τὰ ἐκτὸς, aliena. Τί τἀκτὸς τῶν κακῶν με δεῖ λέγειν, *Eurip. Phœn.* 43. A *τάσσω*.
Ταλῶνες, οἱ, pastilli ex adipe conciso minutatim, adjectis et aliis, *Poll.*
Ταλαεργὸς, ῦ, ὁ ἡ ἡ, qui patienter et constanter opus facit, patienter laborem subiens ac perferens. Ex *τάλας* et *ἔργον*.
Ταλαίμοχθος, ὁ, patiens laborum, *Eust.*
Ταλαιπείριος, pro quo *ταλαπείριος*, *Steph.*
Ταλαιπωρέω, ῶ, f. ήσω, laboro, ærumnas et labores perfero; (2) in ærumnas ac miserias conjicio. *Gl. V.* affligo. Πρὸς ταλαιπωρήσατέ γ' ὀλίγον χρόνον, *Aristoph. Lys.* 769. A *ταλαίπωρος*. Hinc
Ταλαιπώρημα, ατος, τὸ, idem quod
Ταλαιπωρία, ας, ἡ, miseria, ærumna, *Ph.* labor, molestia, et fatigatio. A
Ταλαιπωροποιὸς, ὸν, ærumnosum reddens.
Ταλαίπωρος, ῦ, ὁ ἡ ἡ, ærumnosus, miser, misellus, *Gl. V.* Ex *ταλάω* et *πωρή*.
Ταλαιπώρως, *adv.* ærumnose, misere, laboriose.
Ταλαίφρων, ονος, ὁ ἡ ἡ, ærumnosus, qui animo patienti est. Ex *ταλάω* et *φρήν*.

Ταλακάρδιος, ου, ὁ ϰ ἡ, qui toleranti et forti est animo, cujus cor adversa tolerare novit; (2) fortis, magnanimus. Ex καρδία.

Τάλαν, miser, voc. sing. a τάλας. Unde

Ταλανίζω, fut. ίσω, miserum et ærumnosum voco, defleo, misereor.

Ταλανταῖος, et ταλαντιαῖος, αία, αῖον, talentum æquans. A τάλαντον.

Ταλάντατος, miserrimus. A τάλας.

Ταλαντάω, ῶ, appendo, libro. A τάλαντον.

Ταλάντερος, miserior. A τάλας.

Ταλαντεύω, f. εύσω, libro, pondero, appendo; (2) huc illuc exagito, suspensum teneo, *Luc.* (3) vergo, inclino.

Ταλαντίζω, idem. A

ΤΑ'ΛΑΝΤΟΝ, ου, τὸ, statera, libra, trutina, lanx; (2) id quod lanci imponitur ponderandum, et nominatim talentum, pondus 125 librarum, summa pecuniæ apud Atticos thalerorum 750, secundum computationem vulgarem, ap. Atticos et Babylonios 1000. Hinc

Ταλαντοῦχος, ὁ, libripens. E pr. et ἔχω.

Ταλαντόω, ῶ, libro. Hinc

Ταλάντωσις, εως, ἡ, ponderatio, examinatio, quæ fit pondere appenso et libratione: (2) *metaph.* de aquæ marinæ agitatione seu libratione.

Ταλαός, ἡ, όν, miser, ærumnosus. A ταλάω.

Ταλαπαθὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, qui incommoda et ærumnas patienter tolerat, ærumnæ patiens, ærumnosus, miser. Ex τάλας et πάθος.

Ταλαπείριος, ου, ὁ ϰ ἡ, ærumnas expertus, calamitosus et miser. Ex πεῖρα.

Ταλαπενθὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, luctu adfectus; (2) fortiter luctum et mœrorem perferens, *Od.* 5, 222. Ex πένθος.

Ταλάριον, τὸ, et ταλαρίσκος, ὁ, quasillus. A

Τάλαρος, ου, ὁ, vas seu instrumentum in quo lanas et fusos reponunt; qualus, quasillus. *Gl. Vet.* calathus, fiscella; vas in quo cibaria aut alia geruntur; item vas in quo lac reponunt bubulci, et quo utuntur in premendo lacte et caseo formando, *Il.* 18, 568. A ταλάω.

Τάλας, αινα, άλαν, *gen.* ανος, αίνης, ανος, miser, ærumnosus. Ab eod.

Ταλαστήιος, *Poet.* ταλάσιος, *Ap.* Ab eod.

Ταλασία, ας, ἡ, lanificium. Ab eod.

Ταλάσιον, ου, τὸ, lana. Ab eod.

Ταλάσιος, ου, ὁ, lanificus. Ab eod.

Ταλασιουργέω, ῶ, f. ήσω, lanas tracto, lanarius sum, *Xen.*

Ταλασιουργία, ας, ἡ, lanificium.

Ταλασιουργικὸς, ἡ, όν, ad lanificium pertinens. A

Ταλασιουργὸς, οῦ, ὁ ϰ ἡ, qui vel quæ lanas tractat. Ex ταλασία et ἔργον.

Τάλασις, εως, ἡ, patientia, tolerantia. A ταλάω.

Ταλασίφρων, ονος, ὁ ϰ ἡ, qui animo patienti est, qui omnia tolerat, nec ullis vincitur ærumnis, fortis. Ὑπὸ κεν ταλασίφρονά περ δέος εἷλεν, *Il.* 4, 421. Ex ταλάω et φρήν.

Ταλαύρινος, ου, ὁ, patiens ærumnarum et laborum; (2) audax, fortis. *Il.* 5, 289.

Ταλάφρων, idem quod ταλασίφρων. A

ΤΑΛΑ'Ω, ῶ, suffero, perpetior; (2) sustineo, i. e. audeo.

Ταλεῖαι, αἱ, olearum rami, *V. L.*

Τἀληθὲς, *verum*, Dor. pro τὸ ἀληθές.

ΤΑ'ΛΙΣ, ιδος, ἡ, *Soph. Antig.* 645. puella, virgo nubilis.

Τἄλλα, *adv.* alioqui, cæterum.

Τἀλλότρια, *aliena*, nom. vel acc. pl. n. g. *Dor.* pro τὰ ἀλλότρια.

Τἀμὰ, *Dor.* pro τὰ ἐμὰ, *mea.*

Ταμάλιστα, *adv.* maxime, vehementer.

Τἄματα, *Dor.* et *Att.* pro τὰ ἤματα, *dies.*

Τάμε, *scidit*, 3. sing. a. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔταμε, a τέμνω, *seco.*

Ταμέει, 3. sing. f. 2. ind. act. *Ion.* pro ταμεῖ.

Ταμεία, pro ταμία, *Poll.*

Ταμείας, ου, ὁ, idem quod ταμίας.

Ταμεῖν, aor. 2. inf. act. verbi τέμνω.

Ταμεῖον, ου, τὸ, *Ph.* τὸ ἰδιωτικὸν, *privatum*, cella, promptuarium, fiscus, *Gl. V.* Vid. ταμιεῖον. A ταμίας.

Ταμέσθαι, a. 2. inf. med. verbi τέμνω.

Ταμεσίχρως, οος, ὁ ϰ ἡ, corpus seu cutem incidens ac vulnerans. *Il.* 4, 511. Ex τέμνω et χρώς.

Ταμία, ας, ἡ, dispensatrix. A

ΤΑΜΙ'ΑΣ, ου, ὁ, promus condus, dispensator eorum quæ condenda et promenda sunt; (2) qui ærario præest, quæstor; (3) dispensator, arbiter, administer, præfectus.

Ταμιεία, ας, ἡ, quæstura, *Gl. V.* (2) dispensatio. A ταμιεύω.

Ταμιείας, ου, ὁ, idem quod ταμίας.

Ταμιείδιον, τὸ, Dim. repositoriolum, *Steph.*

Ταμιεῖον, ου, τὸ, *Gl. V.* ταμιεῖον, τὸ δημόσιον, *publicum*, fiscus, ærarium. Vid. ταμεῖον. A ταμιεύω. Unde

Ταμίευμα, τὸ, administratio rei familiaris, vel dispensatio.

Ταμίευσις, εως, ἡ, fiscatio, proscriptio; (2) administratio rei vel privatæ vel publicæ, i. e. ærarii; (3) parsimonia.

Ταμιευτήριον, τὸ, cella penaria, *Ern.*

Ταμιευτικὸς, ἡ, όν, quæstorius; (2) qui bene dispensat, parcus, qui recondere novit in futurum. A

Ταμιευτικῶς, *adv.* parce, frugaliter, bona cum dispensatione.

Ταμιεύτωρ, idem quod ταμίας, *Man.*

Ταμιεύω, fut. εύσω, quæstor sum, quæstoris munus obeo; (2) sum promus seu cellarius; (3) repono, sc. in publicum, unde et bona publico, proscribo. *In med.* repono, recondo, præsertim mea; (2) promo; (3) repono, recondo in futurum velut iram, ultionem differo; (4) vires non uno impetu effundo, sed parce, ut sufficiant universo itineri, labori; unde et v. gr. moderate impero, moderate utor opibus; (2) constituo, definio. Ὡς οὐκ ἔτι ἔμοι ταμιεύσεις, *Aristoph. Eq.* 913. Ἅπαντα γ' ἄρ' αὐτῷ ταμιεύει; *Id. Av.* 1543. Εἰς ἄλλον καιρὸν ταμιεύεσθαι, reservare, *Luc.* χιλιαρχίας ἔτυχε πρῶτον, εἶτα ἐταμίευσεν, *Plut.* A ταμίας.

Ταμίης, *Ion.* pro ταμίας.

Ταμιοῦχος, ου, ὁ, præfectus cellæ penuariæ vel ærarii. Ab ἔχω.

Τάμισος, vel ταμισὸς, οῦ, ὁ, coagulum; (2) pellis hirco recens detracta, *R. Nicand. in Al.* 373. (1) τάμισον δερμίαν ἐνίεσα, *Theocr.* 11, 66. A τάμνω.

Τάμνε, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔταμνε, a τάμνω, pro τέμνω.

Τάμνω, *Ion.* pro τέμνω, *Il.* 11, 88.

Ταμῶ, *incidam*, f. 2. ind. act. verbi τέμνω.

Τὰν, pro τὴν, *Dor.* acc. sing. partic. præpos. a nom. ἡ, *Dor.* ἁ.

Τἂν, *Dor.* pro τὰ ἐν, *et in.*

ΤΑΝΑ'ΓΡΑ, ας, ἡ, vas æreum in quo condebantur carnes, *Hes.* ταναγρὶς, *Poll.*

Ταναήκης, εος, ὁ ϰ ἡ, vel secundum alios τανάηκης, εος, protensam seu longam habens aciem, acutus. Ex τανύω et ἀκή.

Ταναηχέτης, valde sonorus. Ταναηχέτα πάντος, *Oppian.* 2, 144.

Ταναιμύκης, εος, ὁ ϰ ἡ, multum et vehementer mugiens. Ex ταναὸς et μυκάω.

Ταναήκης, idem quod ταναήκης, *R.*

Ταναόδειρος, ου, ὁ ϰ ἡ, longum collum habens. A δειρή.

Ταναὸς, οῦ, ὁ ϰ ἡ, et ταναὸς, ἡ, όν, protensus, extensus, promissus, longus, procerus, *Il.* 16, 588. A τείνω.

Ταναϋφὴς, ὲς, subtiliter textus. Ex ὑφή.

Τανάχαλκος, ου, ὁ ϰ ἡ, epith. rei longæ, ex ære.

Τἀνδιᾶ, pro τὰ ἐνδιᾶ, vide in ἐνδιὴς, *Soph. Œd. Col.* 1430.

Τανεῖαι, ῶν, αἱ, porrecta ligna. A ταναός.

Τανηλεγὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, longum somnum vel longam quietem adferens, epith. mortis. Ex λέγω, *cubare facio.*

Τανθάριον, τὸ, rubor, *Hes.*

Τανθαρύζω, *Dor.* τανθαλύζω, tremo, palpito.

Τανταλίζω, concutio, decutio, *Fragm. Anacreontis apud Schol. Soph. Antig.* 137. *Hesychius* ταντάλιζεται, σαλεύεται.

Ταντάλοω, vehementer concutio, labefacto. Ἐπὶ γᾶν πέσε ταντάλωθεὶς, *Soph. Antig.* 137.

Τανύγλωσσος, ου, ὁ ϰ ἡ, linguam protensam habens, *Od.* 5, 66. Ex τανύω et γλῶσσα.

Τανυγλώχιν, ινος, ὁ ϰ ἡ, cuspides extensas ac promissas habens.

Τανύδρομος, ὁ ϰ ἡ, longum curriculum absolvens.

Τανύέθειρος, ὁ ϰ ἡ, longam comam habens. Ab ἔθειρα.

Τανυήκης, εος, ὁ ϰ ἡ, protensam sive longam habens aciem. Ex τανύω et ἀκή.

Τανύθριξ, τριχος, ὁ ϰ ἡ, qui laxo est capillo, prolixos et promissos crines habens; (2) hirsutus. A θρίξ.

Τανύκραιρος, ὁ, longam comam habens; longa cornua habens. Τανυκραίροισιν ἐλάφοισι, *Oppian. Cyneg.* 1, 191. A κραῖρα.

Τάνυμαι, tendor, extendor, distendor. A τείνω.

Τανυμήκης, ες, in longum protensus, prolixus, altus, *Ep.*

Τάνυντο, 3. pl. imperf. ind. pass. *Ion.* pro ἐτανύοντο, a τανύω.

Τανυπλέκτος, ον, plexus, plexilis. Οἱ δὲ τανυπλέκτοισιν ἐν ἕρκεσιν ἤριπον αὐτοὶ, *Oppian. Halieut.* 1, 33.

Τανύπεπλος, ου, ὁ ϰ ἡ, extenso et promisso peplo amictus, cui est vestis laxa et sinuosa. Ex τανύω et πέπλος.

Τανύπλευρος, ου, ὁ ϰ ἡ, cujus latera in longum latumque tensa sunt; (2) amplus; *Nonn. P.* 5, 2. A πλευρά.

Τανυπλόκαμος, idem quod τανύθριξ, *Nonn.*

Τανύπους, ποδος, ὁ ϰ ἡ, pedes extendens, *Od.* 9, 464. Σεμνὰς Ἐρινῦς τανύποδας, venerandas celeripedes Erinnyas, *Soph. Aj.* 837.

Τανύπρεμνος, ον, extensos habens stipites seu truncos, *Coluth.*

Τανύπρωρος, ον, proram extensam et promissam habens, *Call.*

Τανύπτερος, ου, ὁ ϰ ἡ, cui alæ extensæ sunt, extensis et patulis alis volans, velox. Ex τανύω et πτερόν.

Τανυπτερύγεσσι, dat. pl. *Poet.* pro τανυπτέρυξι, a

Τανυπτέρυξ, υγος, ὁ ϰ ἡ, idem et ex iisd. *Gl. V.* τανυπτέρυγες, præpetes.

Τανύρριζος, ου, ὁ ϰ ἡ, radices extensas et longe lateque expansas habens; (2) longus. (2) βαλλόμενος πυκινῇσι τανυρρίζοισιν ἀκωκαῖς, *Oppian. Cyneg.* 4, 195. A ῥίζα.

Τανυσθεὶς, aor. 1. part. pass. verbi τανύω.

Τανυσίπτερος, idem quod τανύπτερος.

Τανύσκιος, ου, ὁ ϰ ἡ, magnam et late diffusam umbram habens. Ex σκιά.

Τανυσκόπελος, ου, ὁ ϰ ἡ, amplos scopulos habens; *Nonn. P.* 4, 21.

Τανυσκόπελος, ον, scopulos in longum pretentos vel altos habens, *Nonn.*

Τάνυσσαν, 3. pl. aor. 1. ind. act. *Ion.* et *Poet.* pro ἐτάνυσαν, a τανύω.

Τανυστὺς, ύος, ἡ, extensio, intensio, *Od.* 21, 112. A τάνυμαι.

Τανύσφυρος, ου, ὁ ϰ ἡ, malleolos pedum extendens inter eundum, amplis latisque passibus progrediens; (2) longa et gracilia crura habens, procerus; (3) qui festinat, celer. Ex τανύω et σφυρόν.

Τανύφθογγος, ον, extendens vocem, *Tryph.*

Τανύφλοιος, ου, ὁ ϰ ἡ, corticem habens amplum seu longum, i. e. longa et ampla arbor. A φλοιός.

Τανύφυλλος, ου, ὁ ϰ ἡ, folia habens ampla et lata, sive etiam diffusa. A φύλλον.

Τανυχειλὴς, ὁ ϰ ἡ, extendens labra, *Col.*

Τανύω, idem quod τείνω. Βοείην τανύειν, *Il.* 17, 390. Νύκτ' ὀλοὴν τάνυσε, *Il.* 16, 567. A τείνω.

Ταξίδιον, ου, τὸ, parva cohors. A τάξις.

Ταξιαρχέω, centuriæ præfectus sum, sum centurio, cohorti præfectus sum, aut etiam ordines duco. Κεἴ τις ἐπιθυμῶν ταξιαρχεῖν, σοὶ φθονεῖ, *Aristoph. Pace,* 444. A ταξίαρχος.

Ταξιάρχης, ου, ὁ, idem quod ταξίαρχος. Ex τάξις et ἀρχή. Hinc

Ταξιαρχία, ας, ἡ, cohortis præfectura, præfectura legionis, tribunatus, *item* decurionatus.

Ταξίαρχος, ου, ὁ, ordinum ductor, centurio, tribunus; *item* decurio.

Ταξιόω, ordino. A

Τάξις, εως, ἡ, ordo, series, *Ph. item* vices, officium, apparitura; *Gl. V.* (2) exercitus, legio, cohors, cuneus, acies, *Ph.* τάξεις, classes, *Gl. V.* (3) constitutio, ordinatio, ut νόμων τάξις· (4) tributa, vectigalia; (5) modestia in ore. A τάσσω. Hinc

Ταξιώτης, ου, ὁ, apparitor; officialis, *Gl. V.*

Ταξιωτικὸς, ἡ, ὸν, officialis, ῥαβδὸς ταξιωτικὴ, virga lictoris. A præc.

ΤΑ'ΞΟΣ, ου, ἡ, taxus, *arbor feralis et venenata.*

Τάξω, pro τὰ ἔξω, quæ sunt foris, *Soph. Œd. Col.* 341.

Ταπεινολογία, ας, ἡ, submissa et humilis oratio. Ex ταπεινὸς et λόγος.

Ταπεινορρημοσύνη, ης, ἡ, idem. A ῥῆμα.

ΤΑΠΕΙΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, humilis, *Ph.* summissus, *Gl. V.* tenuis, de fluvio; humilis, de planta. Hinc

Ταπεινότης, ητος, ἡ, humilitas, animi demissio et abjectio.

Ταπεινοφρονέω, ῶ, fut. ήσω, animo sum humili et dejecto, demisse et humiliter, *item* modeste sentio.

Ταπεινοφροσύνη, ης, ἡ, animi demissio, animus demissus et humilis. *Gl. V.* modestia, in sacris. A

Ταπεινόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui est animo humili et abjecto. A φρήν.

Ταπεινόω, ῶ, fut. ώσω, humilem reddo, demitto seu submitto, deprimo; *in S. S.* affligo, calamitatibus premo, *item* vitio, stupro; τεταπεινωμένος, summissus, *Gl. V.* perf. part. pass. Ὅστις ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται, *Matt.* 23, 12. Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, 2 *Cor.* 12, 21. Οἶδα δὲ ταπεινοῦσθαι οἶδα ϗ περισσεύειν, *Phil.* 4, 12. A ταπεινός.

Ταπεινωθήσεται, 3. sing. f. 1. ind. pass.

Ταπεινώθητε, 2. pl. aor. 1. imperat. pass. verbi ταπεινόω. Unde

Ταπείνωμα, ατος, τὸ, depressio, humilitas.

Ταπεινῶς, *adv.* humiliter, abjecte, demisso animo, modeste.

Ταπείνωσις, εως, ἡ, animi demissio et abjectio; (2) imminutio; (3) inopia, tenuitas; (4) in sacris, modestia. A ταπεινόω.

Ταπεινωτικὸς, ἡ, ὸν, deprimendi vim habens. Ab eod.

ΤΑ'ΠΗΣ, ητος, ὁ, tapes, tapetium, vestis stragula.

Τάπις, ιδος, ἡ, idem.

Ταπολλὰ, *adv.* plerumque, sæpe.

Ταπρῶτα, *adv.* primum, ut primum, simul atque.

Τάραγμα, ατος, τὸ, perturbatio, consternatio, terror. Μιλάθρῳ τάραγμα ταρτάρειον πίμπλησι, *Eurip. Herc. Fur.* 907. Ὡς ἐν κλύδωνι καὶ φρενῶν ταράγματι πέπτωκα δεινῷ, *Id. Ib.* 1091.

Ταραγμὸς, οῦ, ὁ, idem. A ταράσσω. Unde

Ταράκτης, ου, ὁ, turbator:

Ταρακτικὸς, ἡ, ὸν, turbandi seu perturbandi vim habens, turbulentus. *Gl. V.* turbidus. Τῶν αἰσθητηρίων ἡ ἀκοὴ ταρακτικώτατόν ἐστι τῆς ψυχῆς, *Appian.*

Ταρακτὸς, ἡ, ὸν, perturbatus; (2) qui perturbari potest. Unde

Ταράκτωρ, ορος, ὁ, perturbator, *R.*

Ταραντινίδιον, τὸ, vestis mollis et pellucida, quæ apud Tarentinos in usu fuit.

Ταραντινίζω, Tarentinos imitor, *impr.* decurro [illegible]

Ταράξῃ, 3. sing. a. 1. conj. act. verbi ταράσσω.

Ταραξίας, ὁ, turbulentus, turbis studens, *Suid.*

Ταραξικάρδιος, ον, animum mordens, perturbans. A ταράσσω et καρδία.

Ταράξιππος, ον, qui equos turbat, &c. Pelopis cognomentum.

Ταραξιππόστρατος, ὁ, equestrium copiarum perturbator, *Ar.*

Ταρασσέσθω, 3. sing. præs. imperat. pass. verbi ταράσσω.

Ταρασσομένων, gen. pl. part. præs. med.

ΤΑΡΑ'ΣΣΩ, vel άττω, f. ξω, commoveo, turbo, perterreo; τεταραγμένος, turbatus, *Ph.* p. part. pass. Οἴμοι μ' ὦ τέκνος, βωμολοχεύμασιν ταράττεις; *Aristoph. Eq.* 898. Ὥς μοι ὑφ' ἥπατι δεῖμα χλοερὸν ταράσσει, *Eur. Supp* 600. Ἐταράχθησαν πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως, *Luc.*

Ταραχὴ, ῆς, ἡ, turba, turbatio, confusio, tumultus, consternatio. A præc.

Ταράχθητε, 2. pl. aor. 1. imperat. pass. verbi ταράσσω. Unde

Τάραχος, ου, ὁ, tumultus. *Gl. V.* turbatio.

Ταραχώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, turbulentus. *Ph.* turbarum plenus. A præc.

Ταραχωδῶς, *adv.* turbulente, tumultuose; (2) pavide.

Ταρβαλέος, έα, έον, terribilis, timorem et metum adferens; (2) metuens, timidus. Ταρβαλέοι δ' ἀλάλαζον, *Nonn.* (2) ὅπως .... μὴ ταρβαλέα θάνοιμι, *Soph. Trach.* 955, 957. A τάρβος.

Ταρβέω, paveo, timeo, trepido; (2) vereor, honoro. (1) οὐ ταρβήσας, *Il.* 5, 286. (2) ταρβεῖν μὲν τἀνθυμήματα πολλή 'στ' ἀνάγκη τἀπὸ σοῦ, *Soph. Œd. Col.* 292. Ταρβεῖν μὲν ἔργα δεῖν' ἀναγκαίως ἔχει, *Soph. Trach.* 736. Ταρβῶν ὀρφάνευμα τέκνων, *Eurip. Herc. Fur.* 549. Ab eod.

Ταρβῆ, ῆς, ἡ, idem quod τάρβος.

Ταρβήσαντε, *pavefacti*, n. dual. (*Il.* 1, 331.) et

Ταρβήσαντες, nom. pl. aor. 1. part. act.

ΤΑ'ΡΒΟΣ, εος, τὸ, terror, timor, metus.

Ταρβοσύνη, ης, ἡ, idem.

Ταρβόσυνος, ον, territus, pavidus.

Ταργαίνω, turbo, *Hes.*

Ταριχεία, ας, ἡ, conditura quæ sale fit, *item* pollinctura. *Gl. V.* succidia. A ταριχεύω.

Ταριχέμπορος, ου, ὁ, salsamentarius, salsamentorum venditor. Ex τάριχος et ἔμπορος.

Ταρίχευσις, εως, ἡ· vide ταριχεία.

Ταριχευτὴρ, ὁ, conditor, *Man.*

Ταριχευτὴς, οῦ, ὁ, salitor, *Ph.*

Ταριχευτὸς, ἡ, ὸν, sale conditus et aliquamdiu adservatus. A

Ταριχεύω, f. εύσω, sale, arena, fumo, condio, macero, induro et arefacio, *Gl. V.* salso; ταριχεύω νεκρὸν, mortuum pollingo, *Gl. V.* Κρέα τεταριχευμένα, *Longin.* 43. A τάριχος.

Ταριχηγὸς, ὁ, qui salsamenta advehit, *Bud.*

Ταριχηρὸς, ρὰ, ρὸν, qui est ex genere salsamentorum, qui saliri solet; (2) sale conditus et servatus, salsus. *Ph.* ταριχηρὸν, præsalsum. A τάριχος.

Ταρίχιον, ου, τὸ, salsamentum. A τάριχος.

Ταριχοπωλέω, ῶ, f. ήσω, salsamenta vendito. A

Ταριχοπώλης, ου, ὁ, qui salsamenta venditat. *Gl. V.* salsamentarius.

Ταριχοπωλεῖον, τὸ, taberna salsamentarii.

ΤΑ'ΡΙΧΟΣ, ου, ὁ, vel εος, τὸ, salsamentum piscium; (2) caro sale condita.

ΤΑΡΟ'Σ, ρὰ, ρὸν, velox, *R.*

Τάρπημεν, 1. pl. aor. 2. ind. pass. *Ion.* pro ἐτάρπημεν, a τέρπω.

Ταῤῥίον, ου, τὸ, craticula. Dim. a ταῤῥός.

ΤΑ'Ρ'ΡΟΘΟΣ, ου, ὁ, auxiliator, *R.*

Ταῤῥὸς, οῦ, ὁ, crates, *Gl. V.* Att. pro

Ταρσὸς, οῦ, ὁ, crates, super qua casei aliaque solent siccari; (2) aliquid ταρσῷ simile, ut ala avis, palmula remi, palmula manus seu pedis, *Ph.* ταρσὸς τοῦ ποδὸς, planta; ταρσοὶ, tali, *Ph.* plantæ, *Gl. V.* Ταρσοὺς καλάμων διασοιβάζαντες, *Herodot.* 1, 179. Ἐν ταρσοῖς καλάμου πηλὸν ἐπιλέοντες, *Thucyd.* 2, 76. A τέρσω.

Ταρσὰ, τὰ, pedes, *Ep.*

Ταρσόω, sive ταῤῥόω, ῶ, f. ώσω, instruo et munio crate, crati impono. A ταρσός. Unde

Ταρσώδης, sive ταῤῥώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, in modum cratis implicitus seu implexus; epith. arborum quarum radices sic implicantur.

Τάρσωμα, ατος, τὸ, idem quod ταρσός.

Ταρτάρειος, et ιος, α, ον, tartareus.

Ταρταρίζω, f. ίσω, tartareo frigore tremo. A

ΤΑ'ΡΤΑΡΟΣ, ου, ὁ, et plur. τὰ τάρταρα, ων, tartarus, profundissimus inferorum locus; (2) locus tenebricosus, carcer.

Ταρταρόπαις, ὁ ϗ ἡ, Tartari proles.

Ταρταρόω, ῶ, fut. ώσω, in tartarum (*item* carcerem) detrudo vel dejicio. Σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, 2 *Pet.* 2, 4. A τάρταρος.

Ταρφέα, *adv.* frequenter, crebro. A ταρφής, *Il.* 22, 142.

Ταρφειὸς, ά, όν, densus, creber, frequens. A [illegible]

Ταρφεῖς, nom. pl. pro ταρφέες, a ταρφής.

Τάρφεσιν, *densis*, dat. pl. cum ν.

Ταρφθήμεναι, aor. 1. inf. pass. *Dor.* pro τερφθῆναι, a τέρπω.

Ταρφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem quod ταρφειός.

ΤΑ'ΡΦΟΣ, εος, τὸ, densitas, peculiariter silvæ, locus silvæ densus. A

Τάρφω, sicco. Quasi a τέρσω, *R.*

Ταρφὺς, densus, frequens, idem quod ταρφής, *Æsch.*

ΤΑ'ΡΧΕΑ, ων, τὰ, et τάρχαι, ῶν, αἱ, inferiæ, justa, parentalia. Hinc

Ταρχεύω, sepelio.

Ταρχύω, fut. ύσω, exsequias facio, funus curo, sepelio, *Lycophr.* 728.

Τᾶς, pro τῆς, *Dor.* gen. sing. f. g. ab artic. præpos. ὁ.

Τάσις, εως, ἡ, extensio, contentio. *Ap. Rhet.* longissima periodus. A τείνω.

ΤΑ'ΣΣΩ, vel τάττω, fut. ξω, ordino, colloco, statuo; (2) constituo, destino; (3) mando, impero, ut tributa; τέταγμαι, ordinatus sum, *Gl. V.* p. pass. τεταγμένος, ordinatus, status, fixus, *Gl. V.* part. *In med.* τάσσομαι, certis pensionibus solvo. Ἐκείναι μὲν ἅπαντα νόμῳ τέτακται, *Dem.* Ἐὰν μόνον τὸ ταχθὲν εὖ τολμᾷ τελεῖν, *Soph. Aj.* 528.

Τατικὸς, ἡ, ὸν, tendens, tendendi vim habens. A τείνω.

Τάττωμεν, 1. plur. præs. conj. act. *Att.* pro τάσσωμεν, a τάσσω.

Τατυρὰς, ὁ, phasianus, *Ath.*

Ταχώμενοι, nom. plur. præs. part. pass. *Dor.* et *contr.* pro τηταόμενοι, a τητάω, privo.

Ταυράω, ῶ, de tauro vaccam appetente. A ταῦρος.

Ταυρεία, item ταυρέα, scil. δορὰ, taurinum corium. A ταύρειος.

Ταύρειος, εία, ειον, taurinus. A ταῦρος.

Ταύρεος, έα, εον, idem et ab eod.

Ταυρηδὸν, *adv.* in modum tauri, torve. Τὸ ταυρηδὸν ἐπιβλέπειν, *Lucian. Philop.* 2. Ταυρηδὸν ἐπὶ τῶν βασάνων ὁρῶντας, *Joseph. Maccab.* 15. Ab eod.

Ταυρία, festum in honorem Neptuni.

Ταυριάω, pro ταυράω, *Steph.*

Ταυρίδιον, ου, τὸ, parvus taurus. Dim.

Ταυρικὸς, ἡ, ὸν, tauricus; (2) taurinus.

Ταύριος, taurinus, *Soph.*

Ταυροβόας, ὁ, clamosus; *proprie*, tauri vocem habens. A βοή.

Ταυροβόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, taurivorus, taurum vorans. A βορά.

Ταυρογάστωρ, ορος, ὁ, vorax. A γαστήρ.

Ταυρόδετος, η, ον, cui taurus alligatus est. A δέω.

Ταυροειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, tauri formam habens. Ex εἶδος.

Ταυρόθυτος, ον, in quo taurus immolatus est. A θύω.

Ταυρόκερως, ωτος, ὁ ϗ ἡ, cornua taurina habens. Ex κέρας.

Ταυροκέφαλος, ον, taurinum caput habens. A κεφαλή.

Ταυρόκολλα, ης, ἡ, glutinum taurinum, quod fit ex auribus et genitalibus taurorum. A κόλλα, *gluten.* Hinc

Ταυροκολλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, glutini taurino similis, glutinosus.

Ταυρόκρανος, ου, ὁ ϗ ἡ, taurinum caput habens. A κρανίον.

Ταυροκτονέω, ῶ, taurum occido. Ταυροκτονεῖ μὲν ὡδὸς' ἐντελεῖς βοῦς, *Soph. Tr.* 779. A

Ταυροκτόνος, ου, ϗ ὁ ϗ ἡ, tauri interfector. A κτείνω.

Ταυρόκτονος, ου, ὁ ϰ ἡ, a tauro occisus.

Ταυρομέτωπος, ον, taurinam i. e. torvam frontem habens. A μέτωπον.

Ταυρόμορφος, ου, ὁ ϰ ἡ, tauri formam habens. A μορφή.

Ταυροπάρθενος, ἡ, epith. Europæ, tauro vectæ.

Ταυροπάτωρ, ορος, ὁ ϰ ἡ, ex tauro procreatus. A πατήρ.

Ταυροπόλια, festum in honorem Dianæ, *Hes.*

Ταυροπόλος, ου, ἡ, et Ταυροπόλη, ης, ἡ, Diana, vel quod apud Tauros Scythiæ gentem colatur, vel quod taurorum gregibus præsit; tauris vecta, epith. Dianæ, quæ, eadem ac Luna, tauris vecta fingitur. Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις, Tauris vecta Jovis filia Diana, *Soph. Aj.* 172. Ex πολέω.

Ταυρωπὸς, seu ταυρωπὸς, qui taurino aspectu seu taurina facie est, *Ath.*

Ταυρόπους, ποδος, ὁ, ἡ, tauri pedes habens.

ΤΑΥ῀ΡΟΣ, ου, ὁ, taurus; (2) signum cœleste; (3) Taurus, mons vastissimus Asiæ; (4) penis.

Ταυροσφαγέω, ῶ, tauros macto. Ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος, *Æschyl. ap. Longin.* 15. Ex σφάττω seu σφάζω.

Ταυροσφάγος, ου, ὁ ϰ ἡ, taurum mactans; dies in quo tauri mactantur. Ἡμέρα ταυροσφάγος, *Soph. Trach.* 609.

Ταυροφάγος, ου, ὁ, taurorum vorator.

Ταυροφανὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, qui taurus esse videtur, tauro similis. A φαίνομαι.

Ταυρόφθογγος, ου, ὁ ϰ ἡ, vocem edens taurinæ similem.

Ταυροφόνος, ου, ὁ ϰ ἡ, qui taurum vel tauros cædit. A φόνος.

Ταυρόφορος, ὁ, qui fertur, trahitur, a tauris. A φέρω.

Ταυρόω, ῶ, taurum facio, in taurum muto; (2) stupro, comprimo; (3) exasperor, efferor. (3) Ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην τοῖσδε, *Eur. Med.* 92. (1) τεταύρωσαι γὰρ οὖν, formam tauri geris, *Id. Bacch.* 920. Ταυροῦμαι, taurus fio, taurinam naturam induo; (2) comprimor a viro. A ταῦρος.

Ταυρὼ, ἡ, Taurica Diana, *Steph.*

Ταυρώδης, ες, taurinus, qui taurina facie est. At ταυρωδῶς, *adv.* tauri in modum, torvum, *Aic.*

Ταυρωπὸς, οῦ, ὁ ϰ ἡ, tauri faciem habens, tauriformis. Ab ὤψ.

Ταὔτα, *eadem*, pro τὰ αὐτά· ἄνακτ' ἄνακτι ταὔθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι μάλιστα Φοίβῳ Τειρεσίαν, *Soph. Œd. Tyr.* 284.

Ταύταν, *hanc*, acc. sing. f. gen. *Dor.* pro ταύτην. ab οὗτος, *hic.*

Ταύτῃ, *adv.* eatenus, ea ratione, eo modo; (2) ea ex parte; (3) ea de causa, ideo, (4) hac. Ab οὗτος, *hic.*

Ταυτίζω, in unum confero, unum idemque censeo et pono. A

Ταυτὸ, vel ταυτὸν, et ταὐτὸ, ταὐτὸν, idem illud. Ἐς ταυτὸν ἥκεις, convenit inter nos, eodem redis, *Eurip. Hipp.* 273. Ἐς ταυτὸν ἥκειν vel ἐλθεῖν, convenire cum aliquo. Ἐς ταυτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας, τὸν δ' ὃν καλοῦσιν αἰθέρα, similem aio esse mortalium casibus hunc quem æthera vocant, *Id. Fragm. Danae.* Ex τὸ et αὐτό.

Ταυτοβουλία, ας, ἡ, voluntatis consensus, eadem voluntas. Ex ταυτὸ et βουλή.

Ταυτογραφέω, eodem modo scribo; ταυτογραφούμενα, quæ eodem modo scribuntur. A γράφω.

Ταυτόδοξος, ὁ ϰ ἡ, idem sentiens. A δόξα.

Ταυτοδυναμέω, æquipolleo, idem significo. A

Ταυτοδύναμος, ὁ ϰ ἡ, æquipollens. A δύναμις.

Ταυτοειδὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, ejusdem formæ, uniformis. Ex ταυτὸ et εἶδος.

Ταυτοέπεια, ας, ἡ, repetitio ejusdem rei aliis verbis. Ex ταυτὸ et ἔπος.

Ταυτοεπέω, ῶ, idem dico. Ab ἔπω.

Ταυτοεργέω, ῶ, eadem operor. Ex τ. et ἔργον.

Ταυτοεργία, ας, ἡ, idem opus. Ex iisd.

Ταυτοθελὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, idem volens; ταυτοθέλεια, identitas seu consensus voluntatis. A θέλω.

Ταυτόθρους, ὁ, ἡ, idem sonans. τὸ αὐτὸ θροῶν. A θρόος.

Ταυτοκινητὸς, οῦ, ὁ ϰ ἡ, qui eodem cum altero movetur, parem motum habens.

Ταυτοκλινὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, in idem vergens. A κλίνομαι.

Ταυτολογέω, idem dico, idem loquendo itero, etiam de iis quæ alii dixere. Περὶ τῶν καλῶς ϰ πολλοῖς εἰρημένων ταυτολογεῖν, *Polyb.*

Ταυτολογία, ας, ἡ, vitium sermonis, quando res eadem pluribus, et plane idem significantibus verbis, redditur:

Ταυτολογικῶς, *adv.* per tautologiam. A

Ταυτολόγος, ου, ὁ ϰ ἡ, idem dicens. Ex ταυτὸ et λέγω.

Ταυτόματον, vel ταὐτόματον, quod fit casu vel fortuito, forte; ἀπὸ ταυτομάτου, forte fortuna; item sponte. Ex τὸ et αὐτόματον.

Ταυτομολέω, idem cum αὐτομολέω, *V. L.*

Ταυτοπάθεια, ἡ, eventus, fortuna similis in [illegible]. A

[illegible]

[illegible] A [illegible].

Ταυτοπροσωπικῶς, *adv.* in eadem persona. A ταυτοπροσωπικὸς, ejusdem personæ.

Ταυτοσήμαντος, ον, idem significans. A σημαίνω.

Ταυτόσημος, ον, idem. A σῆμα.

Ταυτοσθενὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, ejusdem virtutis et roboris. Ex ταυτὸ et σθένος.

Ταυτοσυνδρομὴ, ῆς, ἡ, concursus in eundem locum.

Ταυτότης, ητος, ἡ, res eadem. A ταυτό.

Ταυτοφωνία, ἡ, similitudo soni. A

Ταυτόφωνος, ον, similiter sonans. A φωνή.

Ταυτώνυμος, ον, idem nomen habens. Ab [illegible].

Τάφε, 3. sing. a. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔταφε, a θάπτω.

Ταφεὶς, a. 2. part. pass. verbi θάπτω.

Ταφεὺς, έως, ὁ, vespillo, libitinarius, sandapilarius, qui sepulturam dat. Ὅταν σύ μου ταφεὺς γένῃ, *Soph. Œd. Col.* 582. A

Ταφὴ, ῆς, ἡ, sepultura, funus, exsequiæ; (2) quod numeratur pro sepultura. A θάπτω.

Ταφήϊον, ου, τὸ, vestis quæ sternitur super sepulchrum.

Ταφήϊος, ου, ὁ, ad sepulturam pertinens, sepulchralis, funereus. A ταφή.

Τάφιος, ία, ιον, sepulchralis. A

Τάφος, ου, ὁ, collis, tumulus; monumentum, *Soph. Aj.* 1187. (2) sepultura, funus, exsequiæ; (3) epulum funebre, silicernium. *Il.* 23, 29. A θάπτω.

Ταφρεία, ας, ἡ, fossio, fossæ excavatio; (2) valli exstructio pro castris. A ταφρεύω.

Τάφρευμα, ατος, τὸ, munitio castrorum. A

Ταφρεύω, fossam duco, castra munio.

Τάφρη, ἡ, idem quod τάφρος, *Herod.*

